

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

Politische Urkunden

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

POLITISCHE URKUNDEN.



ratum habituros omnia et singula prenotata. prior quoque et priores, qui pro tempore fuerint ab ipsis fratribus seu quocunque alio monasterio ipsorum fratrum institutus vel instituti, mox cum instituti fuerint, de predictis observandis corporale facient juramentum in animas fratrum et suam. et in evidenciam premissorum presentes litteras sigillo venerabilis patris et domini nostri episcopi Argentinensis et nostro capitulo eidem<sup>a</sup> tradimus consignatas faciemusque et procurabimus omnia et singula supradicta et que ab ipsis mediatoribus ordinata fuerint et statuta communiter vel divisim ac in scriptis redacta, per nostri ordinis provincialem<sup>b</sup> confirmari sigilloque ejusdem communiti. actum et datum anno domini 1266, 16 kalendas januarii.

*T aus Straßb. Thom. A. Registrande A fol. 9.*

*T 1 coll. ibid. Registrande D fol. 33 cop. mb. sec. XIV. Das Blatt hat durch Feuer stark gelitten.*

2. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß sich die Reuerbrüder mit dem Capitel von Jung St. Peter über ihre Niederlassung im Pfarrsprengel desselben vereinbart haben. 1267 Januar 18.*

Nos . . H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hujus littere inspectoribus volumus esse notum, quod cum . . prior et fratres de penitentia Jesu Christi oratorium in parrochia ecclesie sancti Petri extra muros Argentinenses construendi<sup>1</sup> desiderium habuissent, tranquillitati sue animarumque saluti prospicientes, ut in dicta parrochia sine prejudicio . . custodis et capituli sancti Petri predicti stare possint et debeant, cum eisdem . . custode et capitulo accedente nostro consensu et auctoritate amicabiliter convenerunt in hunc modum, quod iidem prior et fratres nunc in parrochia prefata oratorium erigentes eorumque successores in posterum medietatem omnium oblationum in oratorio prefato provenientium sive in cypo sive in pixide seu eciam manuum receptione, si forte continget eos in posterum manu recipere, dabunt in perpetuum custodi, qui pro tempore fuerit, et capitulo supradicto, quibus custodi scilicet et capitulo eadem portio cedet libere et absolute. preterea iidem prior et fratres nullum de parrochianis ecclesie sancti Petri recipient ad sepulturam. insuper si prefatos fratres superedificando contigerit occupare possessiones dicto custodi decimales sive aliqua predia prefate parrochie comparaverint vel jam compararunt, hoc facient ita, quod ipsi custodi, qui pro tempore fuerit, in hujusmodi decimis nullum prejudicium generetur; sed hujusmodi decime solvende de possessionibus sic comparatis ab eis vel eciam comparandis estimabuntur et solventur ad arbitrium boni viri. dabunt eciam custodi, qui pro tempore fuerit, medietatem omnium eorum tam in magnis quam in parvis, que

a) *T vep. eidem.* b) *T 1 vincialem.*

<sup>1</sup> *Aus einer Dorsualnotiz dieser Urkunde, von einer Hand des 14. Jahrh. geschrieben, die besagt: fundacio oratorii fratrum de penitentia Jesu Christi, quod est ecclesia omnium sanctorum, geht hervor, daß daraus später das Bethaus Allerheiligen entstand. Vergl. Grandidier Oeuv. inéd. IV, 103.*

1. Die Augustiner verpflichten sich, einem Schiedsspruch über ihr Verhältniß zum St. Thomascapitel sich unbedingt zu unterwerfen. 1266 December 17.

Nos prior ceterique fratres heremitarum ordinis sancti Augustini extra muros Argentinensis civitatis commorantes notum esse volumus presentibus et posteris, quod cum intrassemus parrochiam sancte Aurelie extra muros civitatis prefate, pertinentem in temporalibus ad ecclesiam sancti Thome Argentinensem, et ex hoc orta esset questio inter capitulum ejusdem ecclesie et nos, tandem ut quieti nostre consulamus messemque domini quantum in nobis est in pace peragamus, tres viros providos et discretos de capitulo predicto, decanum videlicet, dominum Johannem dictum Notarium et magistrum Conradum dictum Liethrechi arbitros elegimus et mediatores, promittentes per stipulacionem sollempnem nos ratum et gratum habituros, facturos et recepturos ac observaturos, quidquid per eosdem in consciencia ipsorum pronunciatum fuerit ac ordinatum<sup>1</sup>. et ad omnia et singula, que iidem ordinaverint ac statuerint, fideliter et sine dolo observanda obligamus nos et successores nostros presenti scripto, juramento prioris nostri in animas nostras super hoc prestito de nostra voluntate et mandato adicientes<sup>a</sup>, ut si contra ea, que ordinata et statuta fuerint ab eisdem, venire presumpserimus, volumus, ut non obstantibus ipsis<sup>b</sup> privilegiis quibuscunque, quibus nos quoad presens negocium renunciamus, dominus noster et venerabilis pater episcopus Argentinensis in nos ferat excommunicationis sententiam et nichilominus demoliri faciat, quidquid in domo nostra predicta post denunciacionem novi operis nobis factam ex parte capituli predicti extitit superedificatum, et alias procedat per se vel per alios contra nos, quemadmodum coram iudice domini custodis Argentinensis foret procedendum. renunciamus quoque in hac parte omni juris beneficio communi vel privato et principaliter in integrum restitutionis beneficio et litteris in hac causa impetratis seu in posterum a nobis vel quocunque alio impetrandis, eciam si motu proprio domini pape in hoc negocio collate nobis fuerint vel concesse. ego prior de voluntate et consensu fratrum meorum predictorum tactis sacrosanctis ewangeliis juro me ipsosque fratres presentes et futuros

a) *T et T 1* audicientes.    b) *T 1* nostris.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 23 und Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 245.

ipsis occasione testamentorum legatorum remediorum vel aliorum quocunque modo  
 obvenient in parrochia dicte ecclesie sancti Petri et de parrochianis ecclesie memorate.  
 ad horum itaque observationem articulorum omnium et singulorum nos humilis prior  
 frater Jacobus et fratres domus prefate nos presenti scripto fideliter et legaliter  
 5 obligamus renunciantes pro nobis nostrisque successoribus universis in omnibus jam  
 dictis omni juris auxilio communi vel privato et specialiter in integrum restitutionis  
 beneficio et litteris inpetratis in contrarium ac in posterum a quocunque inpetrandis,  
 et si inpetrate fuerint vel motu proprio a sede apostolica vel legato sedis ejusdem  
 vel aliunde nobis concessae fuerint, nos prior et fratres et provincialis noster  
 10 nequaquam eis utemur. et si a nobis priore et fratribus seu quocunque alio suc-  
 cessore nostro vel eciam a provinciali nostro quicquam in contrarium factum fuerit,  
 extunc eo ipso persone nostre sunt suspense et locus noster interdictus, quas penas  
 sponte elegimus in nos et eligimus per presentes nos usque ad satisfactionem condig-  
 nam et debitam ligaturas. in quibus si per annum quod absit extiterimus pertinaces,  
 15 extunc oratorium nostrum constructum jam et quicquid superedificatum fuerit, ad moni-  
 tionem decani ecclesie sancti Petri, qui pro tempore fuerit, per nosmet ipsos infra octo  
 dies demolietur, nobis autem id facere negligentibus per capitulum demolietur preno-  
 tatum. in omnibus suprascriptis subicimus nos prior et fratres jurisdictioni domini  
 nostri episcopi Argentinensis et ejus, qui pro tempore regimen obtinuerit ecclesie  
 20 Argentinensis. et quantum ad omnia et singula suprascripta renunciamus omnibus  
 privilegiis exemptionis et aliis nobis concessis a sede apostolica seu aliunde vel in  
 posterum concedendis. nos frater Jacobus prior et fratres domus antedicte tactis  
 sacrosanctis ewangeliis omnia et singula suprascripta juramento nos nostrosque  
 successores in posterum servaturos et observaturos promittimus taliter, quod nobis  
 25 priore nunc cedente vel decedente, quicunque in posterum dicti loci prior fuerit,  
 id ipsum pro se et fratribus domus jurabit se servaturum ut est pretactum. nos  
 eciam prepositus decanus et capitulum necnon custos ecclesie predicte promittimus sine  
 dolo et fraude, quod omnia et singula premissa dictis fratribus eorumque successoribus  
 servabimus bona fide, nos et nostros successores ad hec presentibus obligantes. et  
 30 in evidentiam ac plenam probationem premissorum presens est littera conscripta ac  
 venerabilis patris ac domini nostri episcopi Argentinensis et capituli dicte ecclesie  
 sancti Petri necnon provincialis ac prioris et conventus dictorum fratrum sigillorum  
 munimine roborata. nos H[einricus] dei gratia episcopus predictus in testimonium  
 premissorum, quia coram nobis et nostra auctoritate acta sunt, sigillum nostrum  
 35 una cum sigillis predictis duximus presentibus appendendum. anno domini 1267,  
 15 kalendas februarii.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4713 or. mb. c. 5 sig. pend. quorum 3 delapsa. Erhalten  
 sind die Siegel vom Prior und Convent der Reuerbrüder.*

3. *Bischof Heinrich und die Stadt Straßburg verbürgen sich Reinmar Schaub und Genossen für einen bis zum Ablauf der Osterwoche währenden Waffenstillstand mit Nicolaus Zorn und seinem Anhang. 1267 Februar 1.*

Februar 2 und  
April 25

Wir Heinrich von gottes gnaden der bischof von Strazburg, Johannes der meistere, der rat unde die gemeinde von Strazburg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehôrent, daz wir ein fride hant gegeben vur hern Niclawesun den Zorn und sine brüdere und vur alle ir friunt und alle Strazburgere hern Reimare Schöbe und sinen brüderen und allen irn friunden und allen hern Reimars sunes friunden uzsewendig den Biergesseren alleine vons nu der lichtmes unce üzgander ohsterwochen noch hiure also: swie dirre fride an hern Reimare Schöbe oder sinen brüderen oder keime sinen friunde oder sins sunes friunde uzsewendig den Biergesseren gebrochen wurt von hern Zorne oder sinen brüderen oder keime sinen friunde oder von keime Strazburgere, das sin wir schuldig abe zu tünne, swenne wir dez gemânt werdent in den nehisten siben nahten von hern Reimare Schöbe oder sinen brüderen. were aber daz ein missehel wurde, daz her Reimar Schöb und sine brüdere oder ir friunt jehent, daz dirre fride gebrochen were und her Zorn und sine friund jehent, daz er niht gebrochen were, derubere ist kosen unsere herre bischof Heinrich von Strazburg und her Burcart Murnhart und her Rüdolf von Vegersheim. swa die drie kiesent oder zwene undere in, daz der fride gebrochen si, da sol mans besseren. gat aber under den drien dukeinre abe, da sol man ein anderen nemen an sine stat, der also gemeine si als er. daz aber dis stete blibe, derumbe henken wir unsere ingesigele an disen brief zeime urkunde. dis bischach von gottes geburte tusent jar zweihundert und siben und sehcgig jar an der lichtmes abende<sup>1</sup>.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 2 sig. pend. quorum 1 delaps. Das noch hängende Straßburger Rathssiegel ist zerbrochen.

4. *Rudolf und sein Bruder, Herren von Fleckenstein, verpflichten sich der Stadt Straßburg gegenüber zum Ersatz des Schadens, den Walther Kaltesche und seine Söhne ihr während des Waffenstillstandes zufügen möchten. 1267 April 6.*

April 30

Viris laudabilibus dignisque omni honore amicis suis karissimis magistro consularibus universisque civibus Argentinensibus Ruodolfus et frater domini de Fleckinstein obsequiosam ad omnia voluntatem cum continua dilectione. super eo quod treuge ad quatuordecim dies post diem pasce inter vos ex una parte et virum nobilem a W[alterum] Kalteschinn et suos filios ex altera parte sunt facte<sup>2</sup>, vos cire volumus,

a) S nobilem.

<sup>1</sup> In einer Urkunde von gleichem Wortlaut, 1267 Januar 27 (an deme nehisten tunrestage vor der lichtmes) verbürgen sich Bischof Heinrich, Burchard von Hohenstein, Burchard Murnhard und Gunther der Burggraf von Osthofen Nicolaus Zorn, seinen Brüdern, Freunden und allen Straßburgern für den Waffenstillstand. Straßb. St. A. ibid. or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 4 delapsa.

<sup>2</sup> Vergl. UB. I, 456 nr. 603. Der dort bis zur Hylarienoctave laufende Waffenstillstand währte wohl bis zum 20. Januar 1267, da die Urkunde ein Jahr später zu setzen sein dürfte.

quod omne dampnum, quod dictus Kaltiesch vel sui filii infra dictum terminum et factas<sup>a</sup> treugas vobis intulerint, vobis emendabimus. ad quod nos per presens obligamus. datum feria quarta ante palmas anno domini 1267.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Von der Legende des Reitersiegels noch erkennbar S . . . . od . . i de Vl . . . . ein.*

5. *Burchard von Geroldseck verbürgt sich für den Waffenstillstand zwischen den Straßburger Bürgern und Konrad von Hausbergen. 1267 April 11.*

Noverint universi, quod nos Burcardus dominus de Geroltsecke presenti scripto promittimus, nos treugas inter Reinboldum dictum Liebenceller, Sifridum dictum Kegelin et universos cives Argentinenses ex una parte et dominum Cünradum militem de Hüzbergen suosque fautores universos ex parte statutas altera inviolabiliter pro ipso domino *Cunrado* cunctisque suis fautoribus usque ad quatuordecim dies post pascha proximum observare. et si quid contra dictos cives medio tempore ex parte altera fuerit in contrarium attemptatum, hoc promittimus emendare presentibus sigillo nostro in testimonium roboratis. datum anno domini 1267 in crastino palmarum.

*April 50*

*M aus München. R. A. Habel-Stift. or. mb. c. sig. pend. laeso.*

6. *Das Cistercienserkloster Hohenforst verzichtet der Stadt Straßburg gegenüber auf allen Schadenersatz. 1267 Juni 21.*

Nos abbas et conventus Alte Silve Tullensis dyocesis ordinis Cisterciensis notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod nos omne dampnum, quod sustinuimus in guerra generali in tempore venerabilis domini episcopi Argentinensis Walteri bone memorie in provincia Alsatie, relaxavimus et relaxamus civibus Argentinensibus ad ipsorum petitionem. renuntiamus etiam omnibus actionibus, quas habere possemus vel possumus in cives predictos occasione dampni nobis illati scilicet de viginti tribus carratis vini in villa Dorolfesheim et de exustione curie in Achenheim<sup>1</sup>. et hoc fecimus ex consensu et bona voluntate venerabilis domini abbatis Theoloci, sub cujus regimine sumus et protectione. in cujus rei testimonium presentem litteram sigillo nostro et sigillo reverendi patris nostri abbatis Theoloci antedicti predictis civibus tradidimus communitam. datum et actum die sancti Albani martyris anno domini 1267.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 2 sig. pend.*

7. *Otto von Ochsenstein quittirt der Stadt Straßburg über Zahlung von geschuldetem Silber und Ersatz seiner verlorenen Pferde. 1267 Juni 24.*

Ich Otto von Ohsenstein tû kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz ich vurgihe öffenliche an disen brieve, daz mich die burgere von Straz-

<sup>a)</sup> *S factas übergeschrieben von gleicher Hand.*

<sup>1</sup> *Vergl. Mon. Germ. SS. XVII, 108.*



burg gütliche gewert hant alles dez silbers, daz sie mir schuldig warent umbe das, daz ich in irre helfe was in deme urluge, das bischof Waltere mit in hette<sup>1</sup>. ich gihe ðch, daz sie mir vergolten hant alle die ros, die ich in irre helfe verloren habe, und la sie lidig bede umbe das silbere und ðch umbe die ros. daz aber dis iemerme wërlich si, derumbe henk ich min ingesigele an disen brief zeime urkunde. dis bischach von gottes geburte tusedt jar zweihundert und siben und sehcig jar amme sunegilt tage.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1394 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 59<sup>b</sup> ibid. in der Alsatia 1876 S. 255.*

8. *Wernerus* Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius omnibus fidelibus per provinciam Maguntinam constitutis, qui fratribus heremitis ordinis sancti Augustini ad consumacionem edificiorum suorum in Argentina manum porrexerint adjutricem ac nichilominus eis, qui in festivitibus beate virginis et sancti Augustini ad eorum ecclesiam accesserint, quadraginta dies de injuncta penitencia relaxat; item ratificat indulgencias suffraganeorum benefactoribus datas. «cupientes quoslibet in Christo». datum Maguntie anno domini 1267, 6 idus julii. *1267 Juli 10 Mainz.*

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend. Erwähnt in UB. I, 463 Anm. 2.*

9. *Arnold Kind und Hartmann von Erstein* beurkunden einen mit der Stadt Straßburg geschlossenen bis Mariä Himmelfahrt laufenden Waffenstillstand. *1267 Juli 18.*

August 15

Ego Arnoldus Puer et ego Hartmannus de Ersthein milites notum facimus universis, nos treugas fecisse cum . . magistro consulibus et universis civibus Argentinensibus abhinc usque ad assumptionem beate virginis et per totam illam diem presentis anni per nos et nostros inviolabiliter observandas. datum et actum anno domini 1267 feria 2 post Margarete.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delaps. Erhalten das Siegel Arnold Kinds.*

10. *Konrad von Lichtenberg* Sänger des Straßburger Domcapitels verbürgt sich für den zwischen den Herren von Ettendorf und der Stadt Straßburg bis Mariä Geburt laufenden Waffenstillstand. *1267 Juli 25.*

Nos *Conradus* de Lietenberc cantor ecclesie Argentinensis universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod nos inter viros nobiles Fridericum et Eber-

<sup>1</sup> Vergl. die Quittungen UB. I, 411 nr. 539 und 436 nr. 572.

September 8

hardum dominos de Etendorf et suos ex una et universitatem civium Argentinensium ex parte altera inviolabiliter<sup>a</sup> treugas abhinc usque ad nativitatem beate virginis presentis anni et per totam illam diem observabimus. et si quid medio tempore per dictos nobiles vel suos in contrarium fuerit attemptatum, hoc civibus antedictis promittimus emendare, sigillum nostrum presenti scripto in testimonium appendentes. actum et datum anno domini 1267 in festo beati Jacobi apostoli.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1396 or. mb. c. sig. pend.*

11. *Walther Kaltesche schließt für sich und seinen Anhang Frieden mit der Stadt Straßburg. 1267 August 12.*

10 Ich Walther der Kaltesche tû kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz ich vûr mich und mine sune und vûr hern Rûdolphen von Überechlingen und hern Otten von Rûmersheim und vûr alle mine frunt uszewendig den Pforren bin versûnet lüterliche mit den burgern algemeyne von Strazburg. und hant die burgere und ich iewederthalben varn verlân, swas schaden wir iewedersite en-  
15 ander hettent getân. und ensol ich noch mine frunt uszewendig den Pforren den burgern von Strazburg umbe dise getât niemer leit noch schaden getân. ich lasze ðch die bûrgen lidig, die gegen mir haft warent umbe daz schif, daz ich uf hette gehebet. und daz diz stete blibe, derumbe ist mins herren ingesigel von Fleckenstein an disen brief gehencket zeime urkûnde und begnûget mich dez wol. diz geschach  
20 von gottes gebûrte tusedt jar zweihundert jar und syben und sehtzig jar an dem fritag vor der erren mes<sup>b</sup>.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 255<sup>v</sup>.*

12. *Die Stadt Lüttich ersucht die Stadt Straßburg um die Auslieferung des Nachlasses eines Lütticher Bürgers. 1267 September 7.*

25 Prudentibus viris et suis plurimum dilectis magistris iudicibus et dominis civitatis Argentine magistri villicus scabini jurati et totum commune civitatis Leodiensis cum dilectione salutem. cum quidam concivis noster Leodiensis Egidius quondam dictus Werikcaz apud vos decesserit, cujus bona que secum habebat penes vos dici-  
30 mini sequestrasse in hoc sagaciter operantes, ut ipsa bona redderetis ei cui debentur, tenore presencium litterarum duximus vos rogandos, ut bona ipsa secure et sine difficultate qualibet deliberetis Theoderico filio Theoderici de sancto Mauro vel Johanni dicto le Flamenk scituri certissime, quod convocatis coram nobis heredibus dicti Egidii ipsi bona predicta libere quittaverint coram nobis, ut si ea alteri predictorum  
35 deliberaveritis, inde quitti et liberi eritis in perpetuum bona fide. et ut litteris presentibus fidem adhibeatis pleniorem, ipsas litteras sigillo civitatis nostre Leodiensis

a) *S inviolabiliter abgeschrieben von gleicher Hand.* b) *S an dem fritag vor der erren mes ist von einer spätern Hand etwa um 1500 hinzugefügt.*

duximus roborandas. datum Leodii anno domini 1267 in vigilia nativitatis beate Marie virginis.

*M aus München. R. A. Habel-Stift. or. mb. c. sig. pend. mutil.*

13. Die Stadt Rheinau schließt mit der Stadt Straßburg einen Vertrag über Belangung von Schuldnern. 1267 September 23.

September 29

Nos . . scultetus consules et universitas civium in Rinaugia notum facimus universis, quod nos cum . . magistro consulibus et universitate civium Argentinensium convenimus in hunc modum, quod nec nos ipsorum concives nec ipsi nostros concives aliquatenus occupabimus super debitis quibuscunque, nisi tunc aliquis sit principalis debitor vel de manu sua fidejusserit pro altero vel in altera civitatum querelanti fuerit justicia denegata. in quibus tribus casibus occupationes esse licitas decernimus et censemus. ad testimonium autem premissorum prefatis civibus Argentinensibus sigillo nostro presentes litteras tradimus communitas, quas a festo beati Michahelis nunc instanti elapso biennio nullas vires volumus obtinere. datum feria 6 proxima ante festum beati Michahelis predictum anno domini 1267.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. sig. pend. Ziemlich erhaltenes Siegel der Stadt Rheinau.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 227<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 182 nr. 2 = Laguille pr. p. 46; Schöpflin Als. dipl. I, 458 nr. 644.*

14. Gernand Burggraf von Wörth verzichtet der Stadt Straßburg gegenüber auf alle Forderungen betreffend den Tod und die Gefangennahme seiner Verwandten. 1267 October 9.

Nos Gernandus burgravius Werdensis universis ac singulis notum facimus, quod nos omni actioni ac inpeticioni nobis competenti contra cives Argentinenses de morte dilecti fratris nostri Johannis ab ipsis in conflictu interfecti<sup>1</sup> et de captivitate Bertoldi, qua dicti Argentinenses ipsum detinere captivum<sup>2</sup>, renunciavimus excluso omni malo ingenio, puro corde relinquentes ipsos super predictis liberos et solutos ita, quod quantum ad personam nostram ipsis civibus super isto<sup>a</sup> formidandum non est aliquid vel timendum. promittimus eciam absque omni malo ingenio, quod ipsis nunquam super facto hujusmodi malum aliquod procurabimus aut procurari faciemus. in quorum omnium protestacionem sigillum nostrum presentibus est appensum. datum anno domini 1267 in die beati Dyonisii et sociorum ejus.

*S aus Straßb. St. A. AA art 1394 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes dreieckiges Siegel mit der Legende s. Gernandi buregravii Werdensis.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 246<sup>a</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. p. 176 nr. 17 = Schöpflin Als. dipl. I, 457 nr. 641 im Regest mit dem falschen Datum April 8.*

a) S super isto auf Rasur.

<sup>1</sup> Vergl. Mon. Germ. SS. XVII, 111. Die Grabinschrift des zu Stephansfelde beigesetzten Johannes theilt Schöpflin Als. illustr. II, 525 not. m mit.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 15.

15. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet die von Berthold von Wörth mit der Stadt Straßburg vereinbarte Sühne. 1267 December 20.*

Wir Heinrich von gottes gnaden der bischof von Strazburg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehôrent, daz Bertholt von Werde mit den burgeren algemeine von Strazburg luterliche ist versûnet umbe daz, daz sie in gevangen hettent und daz sin brûdere selige Johannes in deme strite sinen lib verlôz in deme urluge, das bischof Walthere mit den burgeren von Strazburg hette. dise sûne het er und mit ime Bertholt von Wittersheim, Johannes sin sun, Wolfhelm unde Gotzo von Stille, Rûdolf von Wittersheim, Reinfrid von Hochvelden, Johannes sin brûdere, Hug von Brûmat, Gotzo von Brûmat, Johannes von Lampertheim, Symund und Otto von Hochvelden gesworn stete zu habenne iemerme ane geverde. were aber daz dise sûne gebrochen wurde von Bertholde oder von keime sinen friunde und das kuntlich were, so sulnt sich sehze die ersten unter disen zwelven, swenne so sie von der burgere wege gemânt werdent, zû Zabern oder zû Erstheim in entwurten nach rechter giselscheffe niemer druz zu kummenne, ê das widertan und gebessirt wurt, da mitte die sûne gebrochen wurt. wurt aber ein missehel, obe dise sûne gebrochen were oder ungebrochen were, swes denne Wolfhelm von Stille und Anshelm der Vurste von Bertholdes wege und Gozelin von sant Thomane unde Rûlenderlin von der burgere wege uberein kumment, dez sol man gevolgig sin. were daz die missehillent, swederhalb denne Symund von Geroltsecke unsere brûder gevellit, den sol man volgen. daz aber dis stete blibe, derumbe ist unsere ingesigele mit dez sengeres insigele von Liechtenberc und mit dez ingesigele von Fleckenstein an disen brief gehenket zeime urkunde. wir Bertholt von Werde und die zwelve, die da obenan genemmet sint, vurjehent, daz wir stete hant bi geswornem eide, swas an disen brieve stat, und bignûget uns der ingesigele, die an disen brief sint gehenket zeime urkunde. dis bischach von gottes geburte tusent jar zwei hundert jar und siben und sehzig jar an sant Thomans abende.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1394 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.*

16. *Pabst Clemens IV bestätigt dem Straßburger St. Stephanskloster die auf 16 festgesetzte Normalzahl seiner Schwestern. 1268 März 25 Viterbo.*

Clemens episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii sancti Stephani Argentinensis ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. in ecclesiis et monasteriis determinatus esse debet numerus personarum, ne provisione careat superflua multitudo vel ex paucitate debitum deo servitium subtrahatur. eapropter dilecte in Christo filie vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu sextum decimum canonicarum numerum per nos consideratis monasterii vestri facultatibus in monasterio ipso, venerabilis fratris nostri . . Argentinensis episcopi ad id accedente consensu, deliberatione

Str. II.

provida institutum, prout in litteris super hoc confectis<sup>a</sup> plenius asseritis contineri<sup>1</sup>, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus statuantes, ut idem monasterium hujusmodi numero de cetero sit contentum, nisi adeo ejus excreverint facultates, quod merito illum exigant augmentari, mandato sedis apostolice semper salvo. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Viterbii 8 kalendas aprilis pontificatus nostri anno quarto.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2622 or. mb. Bulle an Seidenschnur. Kostenvermerk unter dem Bug links: — — (2 grossi), darunter in kleiner Schrift Jac[obus] Romanus mit einem unlösbaren Zeichen vorher, schwerlich recepit; oben rechts in der Ecke durchstrichen LV; auf dem Buge in der Mitte ganz verwischt: Paulus . . . ; rechts auf dem Bug ein nicht mehr leserlicher Vermerk, wie es scheint mit m beginnend und c aufhörend. Auf der Rückseite: Paulus Interampnensis.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 462 nr. 653 mit dem falschen Jahresdatum 1269. — Potthast Reg. pontif. nr. 20298.*

17. Die Bischöfe von Straßburg und Speier, die Grafen von Leiningen, die Herren von Bolanden und Fleckenstein vereinbarten sich mit der Stadt Straßburg über die Einnahme von Selz. 1268 Mai 4 im Lager vor Selz.

Nos Henricus et Henricus dei gratia Argentinensis et Spirensis episcopi, E[mecho] et F[ridericus] de Liningen comites, Wernherus de Bonlandia, Fridericus de Fleckenstein universis et singulis volumus esse notum, quod super obsidione facienda et habenda circa opidum de Selse taliter deliberato consilio et provida deliberatione convenimus cum universitate civium Argentinensium, ut si dictum opidum nobis quocumque modo subpeditabimus vel capiemus, extunc ipsum funditus destruemus<sup>2</sup>. super qua conventionione et promisso inviolabiliter observando nos E[mecho] comes prefatus de Liningen<sup>c</sup> et nos Wernherus de Bonlandia ac Fridericus de Fleckenstein ex parte nostri et prefati domini nostri episcopi Spirensis sub debito juramenti a nobis corporaliter prestiti promisimus et promittimus observare inviolabiliter, omni dolo et fraude penitus circumscriptis. et hoc ipsum in eadem forma nobis vice versa Nicolaus dictus Zorn et Johannes ultra Bruscam milites Argentinenses sub juramento ab ipsis corporaliter prestito missi ad hoc ab ipsis civibus Argentinensibus observare inviolabiliter promiserunt. in cujus rei testimonium nos episcopi, E[mecho] et F[ridericus] comites, Wernherus de Bonlandia, Fridericus de Fleckenstein, universitas Argentinensis prescripti sigilla nostra duximus presentibus appen-

a) super — confec auf Rasur. b) ut in S 1 ausgeissen. c) S 1 stellt prefatus hinter Liningen.

<sup>1</sup> Vergl. UB, I, 287 nr. 378 u. 421 nr. 555.

<sup>2</sup> Ueber die Kämpfe um Selz vergl. nr. 30 Anmerk. 1.

denda. actum et datum in castris ante Selsam in crastino inventionis sancte crucis anno domini 1268.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 7 sig. pend. laesis, quorum 4 delaps.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. 7 sig. pend., quorum 3 delaps. Gut erhaltenes Siegel Friedrichs von Fleckenstein.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 252<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 178 nr. 2 = Laguille pr. p. 44; Schöpflin Als. dipl. I, 460 nr. 647. — Böhmer R. Reichs-sachen nr. 97.*

18. *Ablaßbrief Albrechts des ehemaligen Bischofs von Regensburg für die  
10 Straßburger Reuerbrüder. 1268 Juni 15 Straßburg.*

Albertus dei gratia quondam Ratisponensis episcopus dilectis sibi in Christo priori et fratribus Argentinensibus ordinis fratrum de penitentia Jesu Christi salutem et sinceram in domino caritatem. licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue, que merita suppli-  
15 cum excedit, et vota bene servientibus multa majora tribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen volentes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam illectivis premiis indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde redantur divine gratie aptiores. cupientes igitur, ut ecclesia domus vestre, in qua anno domini 1268 in festo beatorum mar-  
20 timum Viti et Modesti, accedente consensu venerabilis domini episcopi Argentinensis, altare consecravimus ad honorem beate virginis, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam a die dedicationis, quam in dominica festum beati Johannis baptiste proximo antecedente ordinavimus  
25 celebrandam, singulis diebus per mensem ac singulis dominicis revolutis mensibus per annum necnon et in anniversariis dedicationis altaris ejusdem perpetuo et in festivitibus gloriose virginis Marie, quam decet pre ceteris sanctis dignis obsequiis venerari, causa devotionis accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi annum et quadraginta dies, omnibus quoque,  
30 qui vobis quolibet tempore ad edificia vestra ac vite necessaria manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. datum in loco et tempore supradictis.<sup>1</sup>

Juni 15

Juni 24

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. c. sig. pend.*

19. *Der Vogt und die Bürger von Basel gewähren den Straßburgern sichres  
Geleit bis Mittfasten. 1269 Februar 5 Basel.*

Nos B[urkardus] advocatus dictus Vicedominus, H[einricus] magister civium  
35 dictus Monachus consules et universitas civium Basiliensium promittimus vobis

<sup>1</sup> Auch für das Straßburger St. Katherinenkloster gibt Albert einen ähnlichen Indulgenzbrief (quadraginta dies criminum et annum venialium) 1268 Juli 7 Straßburg. or. mb. c. sig. pend. i. Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 14.

März 5

domini consules et cives Argentinenses, quod cives vestri et eorum nuncii tam in rebus quam personis de omnibus nostratibus securi debent esse in veniendo ad nos, stando et redeundo usque ad instantem mediam quadragesimam, ut idem a vobis circa nos fiat et littere consimiles transmittantur. datum Basilee anno domini 1269 nonis februarii.

*S. aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 241<sup>b</sup> mit der Ueberschrift dez vogtes und der stat von Basel trostunge gegen den von Strazburg.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 461 nr. 650 = Trouillat Mon. de Bâle II, 188 nr. 141.*

20. *König Richard fordert die Stadt Straßburg auf, den Landfrieden zu beschwören und alle unrechtmäßigen Zölle und Abgaben aufzuheben. 1269 Mai 12 Frankfurt.*

Ricardus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis civibus Argentinensibus dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum. fidelitati vestre districte precipimus et mandamus, quatenus exemplo multorum principum comitum eciam magnatum nobilium et baronum et aliarum plurium civitatum generalem pacem<sup>1</sup> in civitate Argentinensi communi voto jurantes ac nobis ad observacionem predictae pacis una cum aliis fideliter et viriliter inherentes, thelonia seu vectigalia sive pedagia vel conductus et exaccionem specialiter, que ungelt vulgariter nuncupatur, infra octo dies a suscepcione presencium in vestro districtu illa videlicet, que inconsueta et injusta existunt, penitus deponatis, ne permittatis de cetero ab aliquo transeuncium extorqueri, ne si, quod absit, in hac parte secus feceritis, ab hujusmodi pace de jure possitis secludi et excludi. datum Franckenfort 12 die maji, indiccione 12, regni nostri anno 13.

*S. aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 223<sup>b</sup> mit der Ueberschrift daz künig Rycart den von Strazburg gebotten het, daz sie einen lanfriden swern süllent und unrehte zölle und ungelt abetribent.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 463 nr. 651 = Mon. Germ. LL. II, 382. — Böhmer-Ficker Reg. Imp. V nr. 5458.*

21. *Wildgraf Emich, Ludwig und Symund von Frönsburg und Werner von Windstein versprechen dem Bischof und den Bürgern von Straßburg, nach Uebergabe der Burg Windstein an dieselben gegen Friedrich von Windstein Beistand leisten. 1269 August 27.*

Nos Emecho comes silvester, Ludewicus et Symundus nepotes de Friundesbere et Wernherus de Winestein presentibus publice protestamur et promittimus, quod postquam venerabili domino nostro H[einrico] dei gratia episcopo Argentinensi ac

<sup>1</sup> *Erneuerung des Rheinischen Landfriedens auf dem nach Jubilate abgehaltenen Reichstag.*

civibus suis Argentinensibus castrum de Winestein fuerit presentatum, nos predicto domino episcopo et civibus Argentinensibus et quibuscunque se conformantibus eisdem occasione discordie, quam habent contra F[ridericum] de Winestein, favore et auxilio usque ad finem ejusdem discordie fideliter assistemus. in cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. actum et datum anno domini 1269 feria 3 post festum beati Bartholomei apostoli.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 229<sup>b</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 465 nr. 658. Batt Eigenthum zu Hagenau II, 56 nach unbekannter Vorlage. — Goerz Mittelrh. Reg. III, 556 nr. 2459.*

10

22. *Heinricus* episcopus Argentinensis omnibus abbatibus prioribus et prelatibus per suam dyocesim constitutis notum facit, de voluntate et licentia ipsius fratres heremitas ordinis sancti Augustini verbum dei populo predicare et confessiones audire, prout in indulto sedis apostolice continetur, non obstante interdicto, quod nuper ab ipso in synodo generali dyocesis editum sit. « universitatem vestram scire ». datum Argentine anno domini 1270 feria 6 ante festum Hylarii<sup>1</sup>. 1270 Januar 10 Straßburg.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend.*

23. *Das St. Thomascapitel trifft mit den Augustinern einen neuen Vergleich über ihr gegenseitiges Verhältniß.* 1270 August 8 Straßburg.

Nos.. prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum olim inter nos nomine capituli nostri ex una, priorem et fratres ordinis sancti Augustini fratrum heremitarum extra muros Argentinenses ex altera parte de consensu et voluntate communi amicabilem intercesserit compositio super eo, quod iidem fratres in parochia sancte Aurelie ad nostrum capitulum spectante oratorium erigere conabantur, prout in littera super hoc confecta plenius continetur<sup>2</sup>, dictique fratres eandem compositionem seu ordinationem gravem sibi et perquam duram reputantes ad nos super relevando seu mitigando eandem sepius habuere recursus, nos vero paci et tranquillitati animarumque suarum saluti operam adhibere cupientes et, ut absque prejudicio nostro et ecclesie nostre in prefata parochia sancte Aurelie stare possint et tenere perpetuo oratorium in eadem, subscripte compositionis formam una cum predictis fratribus concorditer amplectimur, que talis est: dabunt enim nobis<sup>a</sup> pre-

a) *T nobis nachträglich wohl von gleicher Hand hinzugefügt.*

<sup>1</sup> C[onradus] de Talmassigen archidiaconus majoris ecclesie Argentinensis omnes clericos per archidiaconatus sui terminos constitutos rogat, ut fratres supradictos verbo et opere coram parochianis promovere studeant. 1270 Januar 13 (idus januarii) or. mb. c. sig. pend. delapso ebenda.

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 1.*



dicti prior et fratres, qui nunc sunt et pro tempore oratorium ibidem tenuerint, medietatem omnium oblationum provenientes in altaribus monasterii sui predicti inter missarum sollempnia sive ante missam sive post usque ad finem missarum, dum tamen occasione missarum ibidem offerantur, dolo et fraude cessante omnino, nobisque et ecclesie nostre cedet eadem portio libere et absolute. ac circa conserva-  
tionem earundem oblationum singulis annis imperpetuum servabunt dicti prior et fratres bona fide consilium et preceptum decani ecclesie nostre, qui nunc est et pro tempore fuerit in ecclesia memorata, nec tamen super hoc juramentum a prelibatis fratribus extorquebit. item de omnibus prediis seu possessionibus habitis et habendis ipsi ecclesie sancte Aurelie decimalibus, quocumque titulo ad dictos fratres perve-  
nerint, decimas dabunt absque ulla contradictione ecclesie prelibate, de nutrimentis animalium decimis dumtaxat exceptis. nullum etiam de parrochianis ecclesie sancte Aurelie ad sepulturam recipient nisi de voluntate et consensu perpetui vicarii ecclesie memorate. cedent igitur in posterum ipsis fratribus absque ulla divisione nobis vel vicario ecclesie sancte Aurelie predictae facienda universa provenientia eisdem ex  
testamentis, legatis, donationibus sive ex aliis quibuscunque causis, et que ad fabricam vel ad ornatum oratorii seu ob quascunque pias causas ipsis relicta fuerint vel concessa. preterea si predictos fratres aliis personis locum predictum, in quo nunc sunt, cum suis attinentiis presentibus et futuris vendere, donare aut permutare contigerit, persone subintrantes omni jure gaudebunt, quod alienationis tempore habuerint iidem fratres, absque nostra et vicarii nostri predicti qualibet contradic-  
tione. in restaurationem vero omnium dampnorum, que occasione dictorum fratrum poterimus sustinere, dederunt iidem fratres nobis et ecclesie nostre triginta sex marcas argenti. quam pecuniam confitemur nos ab eisdem recepisse et in usus ecclesie nostre conversam esse. renuntiaverunt quoque et presentibus renuntiant  
prior et fratres predicti pro se et omnibus suis successoribus omni juris auxilio communi et privato, beneficio restitutionis in integrum et generaliter omni exemptioni seu defensionis, per quas venire possent contra presens factum seu instrumentum. et ad majorem nostri et ecclesie nostre securitatem dictus prior de mandato et voluntate fratrum suorum juravit corporaliter in animam suam et fratrum eorundem  
ad sancta dei ewangelia ac promisit, quod nunquam contra hujusmodi ordinationem quicquam impetrabit vel impetrare procurabit. et si alique littere impetratae sint vel fuerint a quocumque vel etiam motu proprio a sede apostolica vel legatis ejusdem concessae, dicti prior et fratres, magistri ordinis et provincialis, qui nunc sint et pro tempore fuerint, ipsis nequaquam utentur. et si ab ipsis priore et fratribus seu  
quocumque alio successore eorum vel etiam a magistris ordinis vel provinciali in contrarium factum fuerit, extunc oratorium predictum in parrochia sancte Aurelie per ipsos constructum jam et quicquid superedificatum fuerit ad monitionem reverendi in Christo patris ac domini nostri episcopi vel ejus, qui pro tempore episcopus fuerit, infra octo dies demolietur per ipsos fratres, ipsisque id facere negligentibus  
per capitulum demolietur. in omnibus suprascriptis subicient se iidem fratres et prior cum omnibus successoribus suis jurisdictioni domini nostri episcopi Argentinensis et ejus, qui pro tempore regimen obtinuerit ecclesie Argentinensis. et quantum ad

presens negotium renuntiaverunt et renuntiant omnibus privilegiis exemptionis ipsis a sede apostolica vel undecunque concessis et concedendis. nos vero prepositus, decanus et capitulum sancti Thome predicti ex una, prior et fratres predicti ex altera confitemur omnia suprascripta juste et rationabiliter inter nos acta fore, obligantes nos mutuo insolidum et omnes successores nostros ad omnia suprascripta fideliter observanda. in cujus rei testimonium et perpetuam memoriam sigillo venerabilis patris nostri episcopi antedicti, magistri ordinis, provincialis eorundem necnon prioris domus predictae presens instrumentum est consignatum. nos *Heinricus* dei gratia episcopus Argentinensis prelibatus ad premissorum probationem perpetuam sigillum nostrum presenti scripto appendi fecimus de voluntate et consensu et ad petitionem partium predictarum. actum et datum Argentine anno domini 1270.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 11 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*Ebenda Augustiner lad. 10 or. mb. c. 2 sig. pend. mit dem Datum des 8. August.*

*Gedruckt nach T bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 321 nr. 44.*

24. *Konrad von Lichtenberg, Sänger des Straßburger Domcapitels, sichert der Stadt Straßburg zu, daß ihr von der Stadt Hagenau keine Feindseligkeiten widerfahren sollen und daß er die Freilassung ihres Bürgers, des Bäckers Konrad bewirken werde [1263—1270].*

[Conradus] dominus de Liehtinbere cantor majoris ecclesie Argentinensis amicis suis specialibus et dilectis G. magistro consulibus et universis civibus Argentinensibus sincere dilectionis affectum et paratam ad obsequia voluntatem. licet civitati Hagenoensi non presideremus, ob dilectionem tamen vestram et ob tanta nobis exhibita servicia vobis et concivibus vestris mala aliqua inferri ex ea non pateremur. et quanvis quidam Cunradum pistorem concivem vestrum ex illa insecutum et captivum suspicantur, nulla siquidem debetis credere ratione scientes, quod ejus liberationem<sup>1</sup> summopere intendimus et vobis solum remittere laboravimus cum effectu.

[*in verso*] magistro [consulibus et] civibus Argentinensibus.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1396 or. mb. lit. clausa c. sig. inverso impr. delapso. Die Adresse auf der Rückseite stark verwischt. Konrad von Lichtenberg ist in den Jahren 1263—1272 als Sänger des Domcapitels nachweisbar. Da die Sigle G für die bekannten Bürgermeister der Jahre 1271 u. 72 nicht passt, so ist 1270 als Endtermin gesetzt. G ist vielleicht mit Gozelino aufzulösen und dürfte die Urkunde dann in die Jahre 1263 oder 65 gehören.*

25. *Schreiben Bischof Heinrichs von Straßburg an die Stadt Straßburg über die Verlängerung ihres Waffenstillstands mit Hugo von Rathsamhausen u. A. [1264—1270] September 21 Egisheim.*

[Heinricus] dei gratia episcopus Argentinensis dilectis fidelibus suis C[unoni] dicto Suner magistro consulibus et universitati civium in Argentina salutem cum

a) *S* liberatione.

affectu sincero. licet modica sit nobis familiaritas cum Hugone milite de Racenhusen, attamen pro treugis inter vos et ipsum factis ulterius prorogandis, prout nobis scripsistis, volumus et intendimus fideliter laborare<sup>a</sup>, vos incontinenti scire facientes, quidquid potuerimus optinere, non sustinentes vos in nostris villis aliquatenus molestari; alias autem in villis, que nostro non subsunt dominio, defendere non possumus, nisi secum vellemus bellum notorium inchoare. insuper vina collecta, prout nobis innotuit, sunt deducta. ceterum sciatis, quod ad vos quantocius potuerimus veniemus. datum in castro Egensheim in festo Mathei ewangeliste.

[*in verso*] C[unoni] magistro consulibus  
et universitati civium in Argentina.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. delapso. Da in den bekannten Bürgermeisterlisten der Jahre 1263 und 1271 bis 73 Kuno Suner nicht erscheint, so muß dieser Brief in die mittleren Jahre der Amtszeit Bischof Heinrichs fallen, etwa 1264—1270, vielleicht noch vor 1266, da Hugo von Rathsamhausen in den allgemeinen Frieden der Geroldsecker mit der Stadt Straßburg aufgenommen war<sup>1</sup>.*

26. *In einem Vergleich des Bischofs Heinrich und des Domcapitels von Straßburg mit den Herren von Lichtenberg, Ludwig und Rudolf den Vögten der Stadt Straßburg, dem Sängler des Domcapitels u. A. machen diese geltend, daß ihnen jene verpflichtet seien:* in ducentis marcis argenti, quas idem dominus Waltherus quondam episcopus ipsis promisit se daturum pro eo, quod ipsi in equis et armaturis se pararent in ipsius adjutorium contra cives Argentinenses, item in ducentis marcis argenti, quas idem dominus Waltherus quondam episcopus ipsis nobilibus promisit pro quatuordecim equis ipsis ante civitatem Argentinensem in guerra generali interfectis<sup>2</sup>, item in centum marcis argenti et nongentis quartalibus tritici et siliginis, que dicti nobiles Nicolao dicto Zorn civi Argentinensi pro dicto domino Walthero quondam episcopo persolverunt, item in pretio duorum equorum, quos ipsi amiserunt in secundo conflictu habito ante civitatem Argentinensem<sup>3</sup>. actum 8 kalendas aprilis anno domini 1272. März 25.

*Aus Schöpflin Als. dipl. I, 470 nr. 668 (ex libro salico cap. maj. Arg.).*

27. *Die Stadt Löwen bittet die Stadt Straßburg, die Hinterlassenschaft Gottfrids Gobelen aus Köln an ihren Bürger Wilhelm auszuliefern. 1272 September 17.*

. . . Viris honestis et ubique reverendis R[einboldo] dicto Turant magistro consulibus et communitati civium Argentinensium villicus, scabini jurati et communitas

a) *S labore.*

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 463 nr. 615.

<sup>2</sup> In dem Treffen in der Aurelienvorstadt am 14. resp. 15. Juli 1261. Vergl. Mon. Germ. SS. XVII, 106 u. Wiegand Bellum Waltherianum S. 63.

<sup>3</sup> In der Schlacht bei Hausbergen am 8. März 1262.

opidi Lovaniensis salutem et quicquid possunt obsequii et honoris. honestati vestre significamus veraciter, quod bona illa, que apud vos relicta sunt post obitum God[efredi] dicti Gobelen de Colonia ibidem defuncti, sunt Conegundis vidue Lovaniensis relictæ Johannis de Hozeden<sup>a</sup> opidani nostri et Willelmi ejus generi latoris presencium, quoniam idem God[efredus] eorum famulus ac nuncius erat et quicquid ipse tractabat vel agebat, hoc ex parte ipsorum erat et ad opus eorum. quapropter vestram deprecamur honestatem omni quo possumus affectu, quatenus eidem Willelmo bona predicta tradi faciatis et exhiberi scientes indubitanter, quod quicquid de premissis eidem Willelmo factum extiterit, inde ex parte socrus sue matrone predictæ bona apud nos habeantur warandia. in cujus rei securitatem presentes litteras vobis transmittimus sigillo opidi nostri patenter roboratas<sup>b</sup>, per quas petimus ipsum Willelmum taliter a vobis in hoc negocio expediri amore nostri, qualiter vestro concivi in casu consimili si acciderit apud nos fieri velletis amore vestri, ut vobis ad condignas teneamur gratiarum actiones. datum anno domini 1272 in die beati Lamperti martyris.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 222<sup>a</sup> mit der Ueberschrift daz die von Strazburg einem sins erbes helfen süllent.*

28. *Sühnevertrag der Städte Straßburg und Hagenau. 1272 October 29.*

Wir Marcuz der meistere der rat unde die gemeinde von Strazburg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz wir vir alle unsere burgere unde mit nammen vir hern Hugen von Vegersheim und alle sine helfere in diseme urlunge sint ubereinkommen einre steten süne mit den burgeren algemeine von Hagenowe. und swaz schaden uns von in geschehen ist in diseme urlunge, den lân wir liuterliche varn unde gelobent dise süne stête zu habenne ane alle geverde. daz aber dis stête blibe, derumbe ist unsere stete ingesigele an disen brief gehenket zeime urkunde. dis geschach an deme sammetzage vor aller heiligen mes, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar unde zwei unde sibencig jar.

*M aus München. R. A. Habel-Stift. or. mb. c. sig. pend. laeso<sup>1</sup>.*

29. *Die Stadt Gengenbach quittirt der Stadt Straßburg über Zahlung von Schulden. 1273 October 23.*

Wir Berthold<sup>c</sup> der schultheisse, die geschworen und<sup>d</sup> die burgere algemeine von Gengenbach tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz wir die

a) Ueber dem n in Hozeden ein Strich. b) S roboratis. c) Berthold auf Rasur. d) Das Wort und zeigt hier wie im ganzen Stück zwei gekrenzte Haken über un. Sollte der eine vielleicht ein Vokalzeichen für u sein?

<sup>1</sup> Das von der Stadt Hagenau ausgestellte gleichlautende Exemplar dieses Sühnevertrags findet sich im Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. sig. pend.

gemeinde der burgere von Strazburg lidig lazsent und lidig sagent drizsig schillinge und viereig pfunde Strazburgere und aller schulde, die die selbe gemeinde von Strazburg uns schuldig was unce an disen tag hiute, und jehent, daz uns von der gemeinde von Strazburg gar vergolten ist, swas sie uns schuldig was. wir gelobent och, daz wir umbe alle vogenante schulde die burgere von Strazburg gemeinliche noch sunderlingen niemer anegesprechen noch bikumberen sulut mit gerihte noch ane gerihte. und daz dis stete blibe, derumbe ist unsere ingesigel an disen brief gehenket zeime urkunde. dis geschach an deme mantage nach sante Gallen tage, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und driu und sibencig jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes Siegel des Schultheißen von Gengenbach.*

30. *Markgraf Rudolf von Baden schreibt an die Stadt Straßburg, er werde trotz der Zerstörung von Selz den vereinbarten Waffenstillstand halten, erwarte aber Schadenersatz. [1269—1274] Februar Liebeneck.*

Rüd[olfus] dei gracia marchio de Baden R. magistro civium consulibus ac universis civibus Argentinensibus servicium cum salute. licet inter treugas, quas affinis noster dilectus E[mecho] illuster comes de Liningen inter nos et vos observandas statuit, nostrum opidum Selse per vestros homines rapinis et incendiis sit distractum, ipsas treugas volumus, prout honorem nostrum concedet, sicut promissimus, firmiter observare confidentes de vobis, quod ad omnem injuriam sive dampnum nobis illatum satisfactionem nobis debitam porrigatis. datum in castro Liebenecke feria sexta post<sup>a</sup> octavam purificationis beate virginis.

Februar 9

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 252<sup>b</sup> mit der Ueberschrift: die trostunge zwischent dem marggrafen von Baden und den von Strazburg.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 179 = Laguille pr. p. 45 = Schöpfung Hist. Zaring. Bad. V, 250 nr. 148. Was die Datirung anbetrifft, vergl. die Anmerkung<sup>1</sup>. Die Sigle R ist wahrscheinlich mit Reinboldo aufzulösen.*

a) S post post.

<sup>1</sup> Es ist nicht leicht, aus den wenigen urkundlichen Angaben den Verlauf der Kämpfe um Selz in den Jahren 1268 bis 1274 zu erkennen und die Stücke nr. 30 und nr. 31 chronologisch richtig einzureihen. Jedenfalls waren die Straßburger in dieser Zeit zweimal mit Selz beschäftigt. Einmal, wie sich aus nr. 17 ergibt, im Mai 1268, im Verein mit den Bischöfen von Speier und Straßburg, den Grafen von Leiningen, den Herren von Bolanden und Fleckenstein, zum zweiten Mal, wie aus nr. 35 hervorgeht, im Winter 1273/74, diesmal im Auftrag König Rudolfs und in Gemeinschaft wieder mit den Grafen von Leiningen, ferner den Grafen von Zweibrücken, den Herren von Bolanden und Fleckenstein. Entweder ist nun die Belagerung von Selz im Jahr 1268 vergeblich gewesen und dasselbe ist erst im Winter 1273/74 gebrochen worden, als gleichzeitig König Rudolf die Festen des Markgrafen Mühlburg, Grötzingen und Durlach nahm. Vergl. Ellenhardi Chronicon Mon. Germ. SS. XVII, 124. Oder Selz ist zweimal zerstört worden, 1268/69 und 1273/74. Dann würde anzunehmen sein, daß Graf Emich von Leiningen sich von dem ersten Bunde löste, einen Waffenstillstand vermittelte, während dessen die Straßburger Selz plünderten und brannten, und schließlich die Stadt als Pfand an sich nahm. Selz müsste dann wieder in den Besitz des Markgrafen gekommen und erst im Winter 1273/74 vollständig geschleift worden sein, woran sich dann der Leininger Graf merkwürdiger Weise wieder beteiligt hätte. Schwerlich geht man fehl, wenn man nr. 30 und nr. 31 in die Jahre 1269—1274 setzt, so daß sie vor den 29. Juli 1274 fallen. Stälin Württemberg. Gesch. III, 18 u. 34 läßt Selz 1268 bezwungen und sofort ausgeplündert werden, die Schleifung der Festungswerke aber erst später auf König Rudolfs Befehl erfolgen. Kopp Gesch. d. Eidgen. Bünde, I, 1, 64 scheint nur eine Zerstörung von Selz anzunehmen.

31. Graf Emich von Leiningen theilt dem Bischof von Straßburg mit, daß er die Stadt Selz vom Markgrafen von Baden als Pfand übernommen habe. [1269—1274].

Venerabili domino suo et precordiali domino suo episcopo Argentinensi Emecho comes de Liningin debite fidelitatis obsequium semper prumptum. noverit vestra  
 5 pietas me memorie reduxisse, quod vos, dominus meus Spirensis et dominus de Fleckenstein muros et fossata civitatis Selsensis destruere et complanare promisistis et deinde domos et homines ibidem residentes defendere et tueri. nec defendistis, immo ipsam civitatem funditus destruere permisistis. et quia videbatur michi, quod ipsam minime curaretis, ad petitionem militis de Bannacker racione cujusdam  
 10 pecunie a marchione sibi persolvende eam<sup>a</sup> suscepi nomine pignoris hoc modo ipsam promittens defendere<sup>b</sup> et tueri. non credebam hoc vestre gracie displicere; sed si, quod absit, erga vos in hac parte aliquid adtemptavi, ad vos breviter veniam et omnia sinistre adtemptata revocabo et emendabo totaliter juxta vestre beneplacitum voluntatis.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1395 or. mb. lit. clausa c. sig. inverso impr.*

15 *Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 243<sup>a</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 178 — Schöpflin, Hist. Zaring. Bad. V, 249 nr. 147, der das Stück in's Jahr 1268 setzt. Die Datirung anlangend vergl. nr. 30 Anm. 1.*

32. König Rudolf beurkundet, daß die zwischen dem Bischof von Straßburg und dem Herzog von Lothringen geschlossene Sühne auch für die mit jenem gefangenen  
 20 Straßburger Bürger u. A. Kraft haben soll und droht den Störern mit der Acht. 1274 Juni 27 Hagenau.

Rudolphus dei gratia Romanorum rex semper augustus Romani imperii fidelibus universis, ad quorum notitiam presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. cum dissentionum seu discordiarum materia, que inter venerabilem Argentinensem episcopum ex una et illustrem ducem Lotharingie principes nostros dilectos  
 25 ex parte altera ex occasione captivitatis ipsius episcopi, tunc in minori officio constituti, et quorundam aliorum sibi adherentium vertebatur, per que varia et diversa hincinde poterant provenire pericula, spiritus sancti gratia in ipsorum principum recipiente se cordibus, per vere unionis et concordie viam concorditer sit sopita, prout fida  
 30 relatione eorum, qui<sup>c</sup> dicte compositionis et concordie mediatores extiterant, evidenti<sup>us</sup> cognovimus, Rulenderlinus<sup>d</sup>, Reinboldus [dictus Puer]<sup>e</sup>, Petrus Ripelini<sup>f</sup>, Hartmudus de Sciltikeim<sup>g</sup>, Lucas, Erbo filius Johannis ultra Brussam, Otto de Phettensheim cives Argentinenses, Hugo de Valtenheim, Monachus de Berstetin, Ulricus de Lapide, Erbo Kessler de Geizpolzheim<sup>h</sup>, Johannes de Berverstein,  
 35 Richer de Utenheim<sup>i</sup> dilecti nostri fideles in supradicti ducis vinculis constituti

a) *S eam übergeschrieben.* b) *S defendere.* c) *C que.* d) *C Rulendelinus.* e) *C Reinbaldus des Gurre.* f) *C Ripolini.* g) *C Hartmundus de Childenchein.* h) *C Hezzeler de Geirboschein.* i) *C Riches de Utenhem, vielleicht ist Reimar zu lesen.*

1 *Wenn diese Conjectur nicht richtig ist, so ist er vielleicht identisch mit jenem Reinold dit Zuser de Strasbourg, qui avec autres chevaliers et écuyers donne quittance à Ferry duc de Lorraine et à Henri de Blâmont pour le fait de leur capture à Hateignys. 1274 August. H. Lepage Catalogue des actes de Ferry, III p. 91 nr. 233 (aus der Collection de Lorraine, 14 f. 23. Bibliothèque nationale).*

pro se et omnibus suis familiaribus et amicis compositionem hujusmodi in singulis  
 suis articulis, prout in litteris predictorum nostrorum principum super hoc confectis  
 et hinc inde traditis sunt expressi plenius<sup>1</sup>, observabunt. si quis autem supradictorum  
 per se vel per alios familiares et amicos contra dictam compositionem, prout nosci-  
 tur esse conscripta, veniens suprascriptum ducem in se vel in suis turbare seu  
 molestare presumpserit, ipso facto secundum quod in se poenam hujusmodi coram  
 nobis suis amicis mediantibus receperunt, proscriptionis<sup>a</sup> sententie subiacebit, nosque  
 ipsum violatorem compositionis hujusmodi tanquam proscriptum animadversione  
 debita feriemus. datum Hagenowe<sup>b</sup> 5 kalendas julii, anno domini 1274, indic-  
 tione 2, regni nostri anno primo.

*C aus Dom Calmet Histoire de Lorraine, Preuves II, 506 (ex cartul. Bar.) mit stark ver-  
 dorbenen Orts- und Personennamen. — Böhmer R. Rud. nr. 94.*

33. Diemo von Bretten schließt mit der Stadt Straßburg seiner Gefangennahme  
 wegen eine Sühne, für die er ihr zwanzig genannte Bürger stellt. 1274 Juli 6.

Ich Diemo von Bretheim tū kunt allen den, die disen brief gesehent oder  
 gehôrent, daz ich versünet bin liuterliche mit den burgern gemeinliche von Straz-  
 burg und mit nammen mit hern Markise, Huge Wiriche und mit allen iren friunden  
 und allen den, die mit in an dirre getat warent. mit den bin ich versünet umbe  
 das, daz sie mich gefangen hettent, und han dise sūne geschworn vir mich und alle  
 mine friund iemerme stēte ze habenne gegen den vorgeantent burgern und allen  
 iren friunden und gelobe bi deme selben eide, das ich noch keinere minere friunde in  
 umbe dise getat niemer leit noch schaden noch laster sol getūn noch schaffen getan,  
 und das ich mit nammen niemer selbe noch mit keime herren noch mit niemanne  
 uffen irn schaden kummen sol noch wider sie helfen sol in keime urluige. herumbe  
 han ich in ze burgen gegeben unverseidenliche mine herren und mage hern  
 Bertholden von Remmichingen, hern Cūnraten den vōt sinen brüder, hern Hugens den  
 vōt von Welnhusen, hern Albrechten sinen brüder, hern Emmeharten von Ilsvelt, hern  
 Friderichen den Muller von Ihelingen, hern Wernhern den Muller, hern Peturn von  
 Stöfenberg, hern Brunen dez Terandes sun, hern Reinharten von Hevingen, hern  
 Albrechten den Kessler, hern Cūnraten von Malmesheim, hern Ūlrichen von Steine,  
 Burcarten den Rodere<sup>2</sup>, Reinharten und Ūlrichen mine brüdere<sup>3</sup>, Rūlin und Ebelin  
 Kolben, Erkenbolten von Schowenburg und Hermannen Vese von Kunegesbach<sup>4</sup>. dise

a) C praescriptionis. b) C Haguenau.

<sup>1</sup> Der Sühnevertrag zwischen Bischof Konrad von Straßburg und Herzog Friedrich von Lothringen  
 wurde 1274 Juni 7 zu Lyon geschlossen. or. mb. c. 5 sig. pend. delaps. i. Straßb. Bez. A. G fasc. 62; 35  
 gedruckt bei Schöpflin Als. dipl. II, 5 nr. 694 (ex libro salico cap. maj. Argent.).

<sup>2</sup> An der Stelle von Burchard Rōders Siegel hängt ein Siegel mit der Legende: s. Alberti advocati  
 de Bernecc.

<sup>3</sup> Nach den Siegellegenden Reinhard von der Nuwenburg und Ulricus de Novocastro.

<sup>4</sup> Vor Hermanns von Königsbach Siegel hängt ein Siegel mit der Legende: s. Diemonis advocati  
 de Vaihingen.

hant mit mir dise süne gesworn stete ze habenne iemerme vir mich und alle mine friund also, were das ich oder ieman dise süne brèche, das kuntlich were, so sulnt sie in deme nehisten manode, so sie drumbe gemanet werdent, schaffen das das widertan und gebessert werde, oder sulnt sich in deme selben manode entwurten nach rehtere giselscheffe zû Hagenowe oder zû Offenburg in niemer dannan ze kummene, è das widertan und gebessert wird, damitte die süne gebrochen wirt. wurd aber ein missehel, obe die süne gebrochen were oder ungebrochen, so sol her Schidelin von Stöffenberg und her Marcus uffe den eit sich entwurten in den nehisten siben nahten, so sie gemanet werdent, zû Hagenowe oder zû Lare in niemer dannan ze kummenne, sie enkumment uberein. und swie sie sprechent uffe den eit, die süne si gebrochen, so sulnt die burgen drumbe leisten, als da oben an geschriben stat. werdent sie aber missehellende, so sulnt sie niemer dannan kummen, si enkumment uberein oder küsent aber mittenander einen obeman. swederthalb der gevellet, des sol man bedesite gevolgig sin. were öch das her Marcus stürbe, so sulnt die burgere von Strazburg einen andern geben an sine stat ane geverde. sturb aber her Schidelin, so sulnt die vogenanten der vôt von Remmichingen Bertholt und her Cûnrat sin brüdere und her Hug der vôt von Welnhusen und Albreht sin brüder sie alle viere oder swelhe under in lebent einen andern geben an hern Schidelins stat öch ane geverde. were aber das ich uffen Strazburgere schaden kôme unwissende, tûn ich derumbe min reht, so sint dez mine burgen lidig. wolt aber ich dez rehtes drumbe niht tûn, so sulnt siez abetûn und sulnt drumbe leisten. wir die vogenanten burgen jehent, das wir burgen sint, als da oben an geschriben stat, und gelobent bi geswornem eide, den wir getan hant, dise süne stete ze habenne iemerme vir alle unsere friund und vir alle Diemen friunde und öch drumbe ze leistenne ane alle gevérde unde vercihent uns alles rehtez geistlichez und weltlichez von den babiste von keisern unde von kunegen, damitte wir dis eidez und dirre gelubede lidig môhtent werden. herumbe han wir erworben, daz unserre herren dez marcgraven von Baden und dez graven ingesigele von Zweinbrucken mit unsern ingesigeln an disen brief sint gehenket zeime urkunde. dis geschach an deme frietage nach sant Ûlrichez tage, da von gots geburte warent zwelfhundert jar und vieri und sibencig jar.

*U aus Heidelb. Univers. Bibl. I nr. 182 or. mb. c. 22 sig. pend. partim laesis, quorum 9 delapsa.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 249<sup>a</sup> im Straßb. St. A. bei Wencker Coll. arch. p. 147. — Regest nach U i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXIV, 164.*

34. *Fehdebrief Graf Simons von Eberstein an die Stadt Straßburg [1268—1274].*

*Symon comes de Eberstein universis consulibus et civibus Argentinensibus noticiam subscriptorum. cum nos et R[üdolfus] marchio de Baden simus conjuncti*



auxilio et consilio, nos propter eum vos per omnia diffidamus vobis nostram inimicitiam<sup>a</sup> presentibus demandantes.

[*in verso*] consulibus et civibus

Argentinensibus.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. Gut erhaltenes Siegel mit der Legende: s. Symonis comitis de Eberstein et de Zweinbruckin. Das Stück ist jedenfalls vor 69 zu setzen, auch nr. 35 muß es wohl vorausgehen.*

35. *Markgraf Rudolf von Baden erklärt, Allen, welche an der Zerstörung seiner Festen Selz und Seldenau mitgewirkt haben, vergeben zu haben und sich ferner mit ihnen vor König Rudolf vergleichen zu wollen. 1274 Juli 29.*

Nos Rud[olfus] dei gracia marchio de Baden ad universorum noticiam volumus pervenire publice profitentes, quod nos universis ad devastacionem municionum nostrarum Selse et Seldenowe cooperantibus, qui ex jussu et mandato serenissimi domini nostri Rud[olfi] Romanorum regis ad hoc venerunt, videlicet E[mechoni] et Fr[iderico] comitibus de Liningen, H[einrico] comiti et filiis suis W[alramo] et E[berhardo] comitibus de Geminoponte, domino Ph[ilippo] de Bolandia, domino H[einrico] de Fleckenstein<sup>b</sup>, Hundi, H. fratri suo, Store Symoni civibus Argentinensibus ac toti civitati nunc et in posterum de hujusmodi commisso, de quo predictum est, firmam reconciliationem dedimus promittentes nichilominus in hiis scriptis, quod nos, si quid contra quemquam a tempore creationis serenissimi domini nostri R[udolfi] Romanorum regis indebite attemptavimus, coram eodem domino nostro rege, cum requisiti fuerimus, universis justiciam faciemus ita, quod et ipsi nobis justiciam ibidem de eis, si quam contra ipsos nobis proponere competit, e converso facere sint parati. datum anno domini 1274 dominica proxima post festum sancti Jacobi apostoli. in cujus facti evidenciam nostro sigillo roboravimus presens scriptum.

*S aus Straßb. St. A. FF or. mb. c. sig. pend. delapso.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 62<sup>a</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. arch. p. 180 mit einigen Abweichungen, die es unsicher lassen, ob nicht das Or. vorgelegen; Schöpflin Hist. Zaring. Bad. V, 256 nr. 153; Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XV, 395. Vergl. nr. 30 Anmerk. 1.*

36. *König Rudolf bestätigt die Sühne Diemos von Bretten mit der Stadt Straßburg. 1274 August 28 Straßburg im Haus der Herrn von Klingen.*

Wir Rüdolf von gots gnaden der Römische kunig tünt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörtent, das Diemo von Bretheim vor uns verjehen het, das er mit den burgeren von Strazburg algemeine liuterliche versünet ist umbe das, das sie in gevangen hettent<sup>1</sup>. dise süne het er gesworn stête ze habenne iemerme ane

a) S inimiciam. b) S wiederholt H. de Fleckenstein, ebenso der Wencker'sche Druck.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 33.

geverde und het bi deme selben eide vor uns gelobet, das er keime herren noch niemanne anderes niemer sol gehelfen in keime urlüege wider die burgere von Strazburg und daz er in niemer leit noch schaden noch laster sol getûn noch schaffen getan umbe dise getat. das aber dis stête blibe, derumbe ist durch sine bette  
 5 unsere ingesigele an disen brief gehenket zeime urkunde. dis geschach zû Strazburg uffen der herren huse von Clingen<sup>1</sup> an deme ciztage vor sant Adolfez tage in deme ersten jare unseres richez.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 221<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Coll. arch. p. 148. — Böhmer R. Rud. nr. 93 mit dem irrthümlichen Datum Juni 12.*

37. Die Benedictinerabtei Altorf gibt das ihr mit dem Straßburger Dreieinigkeitskloster zugefallene Patronatsrecht der Straßburger Kirche von Alt St-Peter dem Bischof von Straßburg zurück. 1274 October 4.

Reverendo in Christo patri ac domino.. dei gratia Argentinensi episcopo divina  
 15 permissione abbas et conventus monasterii de Altorf ordinis sancti Benedicti Argentinensis dyocesis quicquid possunt reverencie et honoris. cum bone memorie venerabilis dominus Berhtoldus quondam episcopus et capitulum ecclesie Argentinensis ecclesiam sancti Petri senioris cum jure patronatus ipsius in Argentina monasterio sancte Trinitatis extra muros Argentinenses nostro monasterio nunc unito<sup>2</sup> ad sustentacionem fratrum predicti monasterii liberaliter contulerint<sup>3</sup> propter deum, et ex  
 20 collatione hujusmodi nullum possimus commodum [requirere]<sup>a</sup>, cum lites graves super dicta ecclesia sancti Petri et jure patronatus ipsius nobis insurgere videamus, per quas monasterium nostrum enormiter ledi posset, ideo ne [quoddam] dispendium senciamus, [immo] dubium est nobis posse aliquod compendium ob[venire]<sup>b</sup>, nos dili-  
 25 genti tractatu habito de consilio honestorum predictam ecclesiam sancti Petri cum jure patronatus ipsius vobis et ecclesie Argentinensi restituendam esse decrevimus et restitimus pleno jure et cum omni integritate, qua jus patronatus hujusmodi et dictam ecclesiam in monasterium sancte Trinitatis predictum prefati episcopus et capitulum Argentinensis ecclesie transtulerunt, reddentes et tradentes dicte ecclesie  
 30 Argentinensi omne jus, quod in dicta ecclesia sancti Petri senioris et jure patronatus ipsius habuimus vel habere [potuimus], ratam habentes ordinacionem, quam de dicta ecclesia duxeritis faciendam. datum anno domini 1274 feria 5 post festum beati Michahelis. et in hujus rei testimonium presentes litteras vobis et ecclesie Argentinensi predictae tradimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2 or. mb. c. sig. pend. delapso. Die Schrift ist stark verwischt. Gedruckt darnach bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 216 nr. 73.*

a) Grandidier reperire. b) Grandidier om. [immo] — ob[venire]. Der Satz gehört dem Sinn nach vor ideo.

<sup>1</sup> Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 121.

<sup>2</sup> Seit 1264. Vergl. UB. I, 415 nr. 548.

<sup>3</sup> Vergl. UB. I, 201 nr. 259.

38. *Gottfrid Abt von Neuburg schreibt an die Stadt Straßburg, er bitte um freies Geleit, um sich wegen der ungerecht gegen ihn erhobenen Klagen zu verantworten. [1252—1275] Januar.*

Honorabilibus dominis et in Christo plurimum diligendis G. proconsuli ceterisque consulibus et magistratibus ac universitati civitatis Argentinensis frater G[otfridus] dictus abbas Novicastri quicquid potest servitii vel honoris. cum ad nos pervenerit ex relatu quorundam, quod nos vestram indignationem incurrerimus et offensam, universitatis piam providentiam ac providam pietatem omni devotione qua possumus exoramus, quatinus ad nostram purgationem vobis verbotenus declarandam et ad satisfactionem debitam exhibendam super hiis, que nobis forsitan imponuntur, liberum et securum accessum ad vos nobis dignemini provida deliberatione conferre. et nos ubicumque nostram innocentiam non valemus sufficienter ostendere, parati sumus omni prorsus emendationi, quam vos ipsi decreveritis vel audetis imponere, sub-  
*Januar 15* jacere. bene valete. datum feria tertia proxima post octavam epiphanie.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. laeso. Das Stück gehört dem Schrift-Character nach in die zweite Hälfte des 13. Jahrhunderts. Gottfrid ist als Abt von Neuburg nachweisbar von 1252 bis 1280. Da für die seit 1275 bekannten Bürgermeister die Sigle G nicht passt, so ist dies Jahr als Endtermin gesetzt. G ist vielleicht mit Gozelino aufzulösen und dürfte die Urkunde dann wohl in die Jahre 1262, 63 oder 65 gehören.*

39. *Die Stadt Basel schließt mit der Stadt Straßburg in Erwartung eines dauerhaften friedlichen Ausgleichs einen bis zur Osteroctav laufenden Waffenstillstand. 1275 Januar 18 Basel.*

Viris honorandis prudentibus et discretis . . magistro et consulibus Argentinensibus . . magister et consules Basilienses salutem obsequium et amorem. cupientes omnes questionum articulos inter vos et cives vestros ex una et nos et civitatem nostram motos ex parte altera fine amicabile terminari et vobiscum in veram et perpetuam ex affectu amicitiam reformari, treugas<sup>a</sup> fideles sine dolo quolibet observandas vobiscum et cum omnibus civibus Argentinensibus ex parte nostri et omnium, qui nostro districtui sunt subjecti, usque ad octavam pasche proximam presentibus confirmamus, transmittentes vestre circumspeccioni has patentes litteras super confirmatione earundem treugarum confectas universitatis nostre sigilli munimine roboratas. datum in consilio nostro Basilee anno domini 1275, 15 kalendas februarii.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

<sup>a)</sup> *S in treugas ist u dem o mit anderer, hellerer Tinte übergeschrieben.*

40. *Bischof Konrad von Straßburg fordert den Clerus seiner Diöcese zur eifrigen Unterstützung des Straßburger Münsterbaus auf und macht eine Reihe von Ablaßbewilligungen dafür bekannt. 1275 Januar 28.*

Cānradus dei gratia Argentinensis episcopus universis abbatibus prioribus pre-  
 5 positis decanis plebanis et viceplebanis ceterisque ecclesiarum rectoribus Argen-  
 tinensis dyocesis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui nos  
 sanguine suo lavit. ordinata karitas, etsi omnium indigenciis pro posse condoleat,  
 succurrit illis tamen propensius ac miseretur et subvenit efficacius, quos sibi videt  
 astrictos familiaritatis seu coherencie alicujus vinculo speciali. hinc est quod, licet  
 10 omnium ecclesiarum nobis subjectarum promocioni debeamus intendere, majori tamen,  
 in qua intelligimur et ipsa in nobis, pre ceteris tenemur prospicere, ut in materiali-  
 bus et in spiritualibus<sup>a</sup> grata nostris temporibus recipiat<sup>b</sup> incrementa. cum igitur  
 fabrica matricis ecclesie nostre Argentinensis laudabiliter utique sit inchoata et propter  
 defectum consumacionis ejus seu longo annorum spacio expectare nimis contingat,  
 15 si de suis tantum facultatibus debeat consumari, de maturo consilio prelatorum  
 nostrorum acceleracioni sue digne duximus providendum. sane dilectissimi nobis in  
 Christo, quos divina potencia sub baculo nostre dicionis esse voluit, attentissime  
 rogamus vos et sub attestacione divini judicii ac in virtute sancte obediencie atten-  
 tius commonemus, quatenus latores presencium nostros speciales nuncios super  
 20 premissis negocio promovendo deputatos, cum ad vos pervenerint a vestris subditis  
 beneficia petituri, sine contradicione et vexacione qualibet recipientes vestros parro-  
 chianos in confessionibus et in publico ad tam piam intencionem exequendam, ut  
 elemosinas suas erogent, attentis monicionibus vestris fideliter inducendo et dictum  
 negocium in personis propriis juxta quod ab eisdem nunciis informati fueritis, stu-  
 25 deatis efficaciter promovere, ipsos nuncios in vestra hospicia, ne de facili ab aliqui-  
 bus molestari aut infamari contingat, recipiatis eisque in victualibus tamquam vobis  
 ipsis competentibus honeste provideatis, expensas tamen eorundem moderando. scimus  
 enim, quod de fidelitate vestra et devocione sancta, quam erga nos et ecclesiam  
 nostram vos habere speramus, in hoc vestre<sup>c</sup> dilectionis et obediencie certum experi-  
 30 mentum capiemus. volumus eciam et precipimus, ut ecclesia nostra Argentinensis  
 mater vestra nove regeneracionis et salutis per vestram exhortacionem promoveatur  
 hoc modo videlicet, ut in testamentis omnium morientium subditorum vestrorum seu  
 vivorum donacionem et legacionem pro remediis animarum suarum primo recipiat  
 fructuosam, et ut partem aliquam dicta ecclesia se gaudeat habituram<sup>d</sup>, salva porcione  
 35 canonica parrochialium ecclesiarum institutis editis declarata. unusquisque eciam  
 vestrum in ecclesiis vestris duos de parrochianis vestris magis fideles et ydoneos  
 horum beneficiorum collectores instituat, qui beneficia collata integre recipiant et ea  
 sine diminucione qualibet ad diem et horam, quem lator presencium vobis assigna-  
 verit, si vos in personis propriis interesse non potueritis, ad manus conservatorum

40 a) *F* spiritalibus. b) *F* recipiant. c) *F* vere. d) *F* add. expresse nominetur. Dies fehlt in den gleich-  
 lautenden Indulgenzbrieffen und gibt hier keinen Sinn.

super hoc negotio electorum latori presencium [presentare]<sup>a</sup> non omittant. si quis autem vestrum huic mandato nostro rebellis aut contumax exstiterit, ex ipsa culpa secundum delicti meritum se noverit graviter puniendum, insuper coram nobis vel iudicibus super hoc negotio a nobis constitutis die et loco sibi per latorem presencium prefixo compareat responsurus. vobis etiam sacerdotibus mandantes precipimus, quatenus istud negotium singulis diebus dominicis et festis diligenter et efficaciter promovere studeatis. illos vero, qui istud negotium exemplo verbo et opere minus diligenter, quam debuerint, fuerint executi, vos iudices super hoc negotio nostra auctoritate constituti animadversione puniatis. si quis vero plebanorum aut sacerdotum huic mandato nostro obviare aut contradicere presumpserit, quod absit quod nec credere possumus, precipimus, ut coram nobis vel iudicibus prelibatis, videlicet domino M[arquardo] scholastico et archidiacono et domino E[berhardo] de Entringen archidiacono dicte fabrice provitore ad diem et horam, quam lator presencium sibi assignaverit, citatus compareat auctoritate presencium de tali et tanta inobediencia responsurus. ipsos vero nuncios ac negotium sub dei et sue sanctissime genitricis Marie et nostram protectionem suscipimus specialem. et quicumque eos verbo vel opere videlicet molestare aut aliquo modo in suis negociis impedire presumpserit, si laycus fuerit, statim se noverit excommunicationis sententiam incurrisse, si clericus, quod absit, sciat, se auctoritate presencium ad presenciam iudicum predictorum peremptorie esse citatum. indulgemus etiam, ut, si aliquae ecclesie a nobis vel archidiaconi nostris fuerint interdicte, duobus aut tribus diebus dominicis ac festis, in quibus istud negotium fuerit promovendum, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis divina ibi officia celebrentur et verbum exhortacionis ad populum ad promocionem negocii efficacius proponatur, salvo sententiis negotio generalis ecclesie promulgatis. inhibemus etiam vobis plebanis et vicariis sub pena suspensionis, ne aliquas petitiones vel petitores aliquos, sive sint regulares sive seculares, sub quacunque forma verborum litteras nostras portaverint, admittatis nec in vestris ecclesiis aut cappellis pro requirendis elemosinis petere vel predicare sollempniter permittatis, quoadusque negotium matricis ecclesie efficacius compleatur, ut ex hoc vestra obediencia matri ecclesie exhibita, a qua siquidem recipitis promocionem ordinis et honoris, coram deo et hominibus appareat fructuosa. statuimus etiam et concedimus cum consensu archidiaconorum nostrorum, ut omnes, qui fraternitatem beate Marie virginis receperint et ad elemosinas singulis annis reddendas se obligaverint, si ecclesie, ad quas pertinent, fuerint interdicte a nobis vel archidiaconi nostris ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati ac nominatim interdicti seu publici usurarii fuerint, eis sepultura ecclesiastica non negetur. ad hec karrinas jam indictas vel etiam indicendas propter urgentem ipsius fabrice necessitatem de bonorum consilio in penam pecuniariam duximus conmutandum. noverint igitur universi, nos a sede apostolica ad salutem omnium benefactorum largam indulgenciam obtinuisse. dominus papa pietatis studio moreque paterno omnibus vere contritis et confessis, qui manum porrexerint ad iutricem et suas largiti fuerint elemosinas ad opus prefatum, annum et quadraginta

a) *F om. presentare. Ergänzt aus den gleichlautenden Indulgenzen.*

dies criminalium misericorditer relaxat, insuper frater H[ugo] cardinalis sancte Sabine centum dies<sup>1</sup>, dominus P[etrus] legatus sexaginta<sup>2</sup> dies, dominus G[regorius] legatus Aquinensis episcopus quadraginta dies, dominus metropolitanus quadraginta dies, dominus episcopus Spirensis quadraginta dies, dominus episcopus Constanciensis  
 5 quadraginta dies, dominus episcopus Basiliensis quadraginta dies, quas indulgencias sedes apostolica usque ad consummacionem dicti operis confirmavit. nos vero de omnipotentis dei misericordia et sue gloriose genitricis virginis Marie suffragio confidentes omnibus, qui ad opus prefatum manum porrexerint adjutricem, quadraginta  
 10 dies criminalium et unum annum venialium relaxamus. insuper peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine manuum injectione violenta, penitencias oblitae et negligenter factas, transgressiones fidei et juramentorum, que ex levitate animi ac ex iracundia processerunt, misericorditer relaxamus. preterea, si qui subditorum vestrorum per rapinam vel usuram ac per furtum seu alio modo  
 15 res male acquisitas tenent, si personas, quibus earum restitucio debetur, ignoraverint easque juxta consilia suorum sacerdotum ecclesie matrici erogaverint, super hiis eos coram deo reddimus absolutos et inde vos ecclesiarum rectores testes esse volumus<sup>a</sup> et responsores. volumus<sup>b</sup> etiam et precipimus, ut quilibet sacerdos in nostra dyocesi, sive regularis sive secularis sit, pro omnibus ecclesie nostre benefactoribus vivis et defunctis singulis septimanis tres missas celebret, feria secunda pro defunctis,  
 20 feria quinta pro peccatis, sabato in honorem beate Marie virginis. preterea eis damus omnium oracionum, que fiunt vel fient in dyocesi Argentinensi, participacionem. et vobis sacerdotibus in hoc negocio fideliter laborantibus, quicquid ex torpore vel negliencia in divino officio omisistis, dum bene contriti et confessi fueritis, misericorditer condonamus. datum anno domini 1275 in octava Angnetis<sup>3</sup>.

25 *F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 196<sup>a</sup> - 197<sup>b</sup> cop. chart. geschrieben von Johannes Wissze cellerarius fabricae ecclesie Argentinensis feria 6 post festum ascensionis domini a. d. 1406. Mai 21.*  
*Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 359.*

41. *Bischof Konrad von Straßburg fordert auf, unrechtmäßiges Eigenthum, das  
 30 nicht mehr zurückerstattet werden kann, an die Straßburger Münsterfabrik abzuführen. 1275 Jannar 28 Straßburg.*

Cōnradus dei gracia Argentinensis episcopus omnibus prelatis et ecclesiarum rectoribus sive aliis auditoribus<sup>c</sup> per suam civitatem et dyocesim de sua licencia vel

a) *F* volumus. b) *F* volumus. c) *vielleicht* sacerdotibus.

35 <sup>1</sup> *Vergl. UB. I, 285 nr. 374.* <sup>2</sup> *Vergl. UB. I, 285 Anmerk. 1.*

<sup>3</sup> *Einen nahezu gleichlautenden Ablassbrief zu Gunsten des Straßburger Münsterbaues erläßt Bischof Emicho von Worms 1297, in dem er zugleich alle andern für den Münsterbau bewilligten Ablässe auch für den Bereich seiner Diöcese bestätigt. Es fehlen darin die besonders eingesetzten Richter und der Passus von S. 26 Z. 31 bis S. 27 Z. 6. Dafür heißt es precipimus insuper vobis  
 40 sacerdotibus sub pena suspensionis officii vestri, ne aliquam porcionem de elemosinis conquisitis ab eisdem nunciis extorquere vel recipere presumatis nisi illam, quam vobis porrexerint de sua propria voluntate. Genau identisch mit diesem Indulgenzbrieft Emichos ist derjenige des Bischofs Friedrich von Speier 1300 April 15. Beide im Frauenh. A. Donationsbuch 2 f. 201-204.*

rektorum ecclesiarum [constitutis]<sup>a</sup> salutem in Christo Jhesu. cum secundum eloquium divinum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, mandamus firmiter precipientes, ut omnes subditos vestros moneatis et inducere studeatis, ut male ab eisdem accepta et male retenta, ad quorum tenentur restitutionem, in foro penitentiali restituant eis, a quibus eadem receperunt sive quibus eadem debentur, vel eorum heredibus aut eorum procuratoribus, qui si inveniri non poterunt diligenter expectati et requisiti, ne ex hoc animarum suarum salutem periclitari contingat, de capituli<sup>b</sup> nostri consilio statuimus et mandamus firmiter precipientes, ut omnia hujusmodi restituenda ad fabricam nostre ecclesie Argentinensis eadem cessante fraude dentur et assignentur, ut saltem saluti eorum, quibus hujusmodi res restituende fuerant, consulatur et subveniatur hoc modo sicque occurratur fraudi, que in nostra civitate et dyocesi circa hujusmodi restitutiones consuevit admitti. nos enim in omnes, qui aliter circa hujusmodi restitutiones quicquam ordinare presumpserint vel aliter ordinata receperint, presenti scripto sententiam ferimus excommunicacionis. datum Argentine anno domini 1275 in octava Angnetis.

*F aus Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 198<sup>a</sup> cop. chart. d. a. 1406.*

*Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 362*

42. *Bischof Konrad von Straßburg verheißt Allen, welche zu Gunsten des Straßburger Münsterbaues die große Glocke läuten lassen werden, Ablaß. 1275 Januar 28.*

Cōnradus dei gracia episcopus Argentinensis universis presencium inspectoribus seu auditoribus salutem in domino. quia opus ecclesie Argentinensis sicut flores maji variis ornatibus consurgens in altum oculos aspiciendum magis et magis allicit et eisdem dulcibus oblectaminibus alludit, ideo cordi nobis inest, ut idem opus, quocunque competenti modo possumus, ut perfectionem debitam consequatur, promovere fideliter studeamus. omnibus igitur, quibus major campana in subsidium dicti operis ex eorum electione et voluntate pulsata fuerit, quadraginta dies, hiis vero, qui audientes sonum campane oracionem suam pro salute anime defuncte fuderint, viginti dies injuncte sibi penitencie de omnipotentis dei et gloriose virginis Marie confisi misericordia relaxamus. datum anno domini 1275 in octava Angnetis.<sup>1</sup>

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 198<sup>a</sup> cop. chart. d. a. 1406.*

*Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 362. — Strobel Gesch. d. Els. II, 96 Anmerk. 2 aus Wencker Chron. mscr. I, 150, wohl nach gleicher Vorlage.*

a) *F confessiones.*    b) *F capitulo.*

<sup>1</sup> *Diesen Ablaßbrief, wie denjenigen sub nr. 43 wiederholen genau mit denselben Worten die Bischöfe Friedrich I und Johann II von Straßburg 1303 December 10 und 1354 Juli 11. Cop. ebenda i. Donationsbuch 2 fol. 199<sup>a</sup> u. 200<sup>a</sup>.*

43. *Ablaßbrief Bischof Konrads von Straßburg zu Gunsten des heiligen Kreuzes des Straßburger Münsters. 1275 Januar 28.*

Cūnradus dei gracia episcopus Argentinensis universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. cum sicut nostre dyocesis et aliis Christi constat fidelibus, crux gloriosa, crux adoranda ecclesie Argentinensis sanctorum reliquiis predita tantis a longe retroactis temporibus virtutum ac miraculorum effectibus sit experta, quod quandocunque populus Argentinensis eandem sanctam crucem pro serenitate aeris seu fluviorum inundacione reprimenda aut pro grandinibus aut tempestatibus mitigandis sive pro aliis necessitatibus quibuscunque reverenter deposuerit ipsamque deportans cum devocione ymnis et canticis adorationibus adeo gratam postularit, statim placata ira altissimi a domino cuncta<sup>a</sup> se impetrasse letetur, dignum est, ut eadem sancta crux in laudem Christi a populo christiano devocionibus, oracionibus et elemosinarum subsidiis veneretur, presertim cum beneficia illic impensa ad promocionem fabrice ecclesie Argentinensis salubriter et utiliter convertantur. universos igitur vos et singulos rogandos duximus et fideliter commendos, quatenus illius intuitu, qui honorum est omnium retributor, specialiter ad hunc sanctum thesaurum, quem sibi deus pre ceteris elegisse videtur, prout veritatis cottidiana patet experientia, manum velitis porrigere adjutricem, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. nos enim de dei omnipotentis ac ipsius gloriose virginis misericordia necnon omnium sanctorum confidentes meritis omnibus, qui ad predictam sanctam crucem manum caritativam porrexerint, quadraginta<sup>b</sup> dies injuncte sibi penitencie misericorditer relaxamus preter alias sedis apostolice ac legatorum ejus, archiepiscoporum et episcoporum indulgencias, quas ad hec per beneficia, que fecerint, nichilominus consecuntur. datum anno domini 1275 in octava Angnetis.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 197<sup>b</sup> cop. chart. d. a. 1406.  
Gedruckt darnach bei Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 361.*

44. *Die Stadt Colmar vereinbart mit der Stadt Straßburg gegenseitige Sicherheit ihrer Bürger bis zum Ablauf der Osterwoche. 1275 Januar 29.*

Wir Sifrit von Gundoltshein der schultheize der rät und die burger gemeinliche von Colmere tūn kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehorent, daz wir mit den burgern allen gemeinliche von Strazburc sint uberein komen, daz hinnan unze nu üzgander osterwochen ir burgere zū uns und unser burgere zū in varen sulnt und man da zwischent dekeine pfendunge noch bekumberunge dewederthalb gegen einander tūn sol. diz geschach an deme zistage vor der lichtmes, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und funfe und sibenzic jar.

April 20

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes gelbes Wachssiegel.*

a) F cuncta. b) F hatte ursprünglich 1, dies wurde durchstrichen und xl darüber gesetzt.



45. Graf Albert von Hohenberg verpflichtet sich, der Stadt Straßburg jeden Schaden, den ihr Heinrich Kaltwile und Genossen zufügen möchten, zu ersetzen. 1275 Mai 22.

Noverint universi presentis cedula inspectores, quod nos Albertus comes de Hohenberg promittimus et ad hoc nos presentibus sollempniter obligamus, quod si 5  
Heinricus Kaltwile vel aliquis amicorum suorum unquam civibus Argentinensibus dampnum vel molestiam intulerint in personis seu rebus vel inferri procuraverint pro eo, quod iidem cives ipsum tenuerant captivatum, nos ipsos cives de hoc absolvemus et indemnes reddere promittimus per presentes sigillo nostro in testimonium 10  
communitas. datum anno domini 1275 in vigilia ascensionis domini.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes Reitersiegel mit der Legende s. Alberti comitis de Hohenberg.*

46. Vertrag der Stadt Straßburg mit dem Armbruster Berthold Erlin. 1275 Juni 23.

Wir Johans jensite Brúsch der meister der rat und die gemeinde von Strazburg 15  
túnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehórent, daz wir mit Bertholte Erline alsus sint übereinkomen, daz er unserre stette jergliches mit siner kost geben sol fünf gúti krepfige armbrust. und swas er anderre armbrust gemachet, die er verkóffen wil, die sol er unserre stette von erst bieten. ist das wirre bedórfent, wir sulnt sie ime gelten, alse sie wert sint án geverde. bedórfen wirre niht, so sol er sie 20  
verkóffen, da ez ime füget; doch sol er keinem unserm offen viende kein armbrust geben zú kóffenne. ern sol óch keime lantherren helfen wenne mit unserm urlobe. er sol uns óch unsere armbrust, swaz ie drane bristet, wider machen mit der stette kost. swenne so wir óch gemeinliche uz ziehent, so sol er mit unserm kost mit uns 25  
varn und súln wir gelten, swas er denne gezúges bedarf zú sime antwercke. wir súln óch ime jerglichs geben von der stette wegen zwelf pfunde pfenninge, ie zúr fronevasten drú pfunt. der sol man ime geben núdehalbes vomme holtzmerckete und vierdehalbes von der stette gúte. swenne aber der holtzmercket gerwe ledig wirt, so sol er dise zwelf pfunde gerwe nemen vomme holtzmercket. der hof zú Wasen- 30  
ecke in dem begriffe, alse meister Bere dinne was, der hóret in óch ane, er sie dinne oder nút. daz aber diz stete blibe, darumbe [ist] unsere stette ingesigel an disen brief gehencket zeime urkúnde. diz geschach an dem súnegiht abende, da von gottes gebúrte warent tusent jar zwei hundert jar und fúnfe und sybentzig jar. haran warent der rat von Strazburg gemeinliche.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 185<sup>a</sup> mit der Ueberschrift der stette armbrusters reht und sin gelt.*

*Gedruckt darnach i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. VI, 49 und i. d. Alsatia 1876. S. 265.*

47. *König Rudolf nimmt die Stadt Straßburg in seinen besondern Schutz und bestätigt ihr alle früher bewilligten Freiheiten und Privilegien. 1275 December 8 Hagenau.*

; In nomine sancte et individue trinitatis. Rudolfus divina favente clemencia  
 5 Romanorum rex semper augustus. ; augustialis pietas immensa clemencia eorum  
 commodis et honoribus hilariori vultu consuevit intendere, quos in suis obsequiis pia  
 et prompta voluntate desudare cognovit experientia cerciori. inde est quod nos  
 advertentes, quam sincero affectu civitas Argentina serviciis nostris se exposuit et  
 qualiter per evidentissima obsequiorum suorum merita regalis majestatis sibi specialem  
 10 induxit gratiam et favorem, ad communem utilitatem civitatis Argentine pariterque  
 honorem in evum promovendum gracious favorem nostrum duximus concedendum,  
 ut exemplo retributionis ejus, quam pro serviciis suis memorate civitati concessimus,  
 alie quoque civitates inperii proniori voluntate ad nostra servitia fervencius animentur.  
 notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos ad instar inpera-  
 15 torum et regum Romanorum predecessorum nostrorum sepedictam civitatem Argen-  
 tinam cum omnibus ejus incolis sub specialem defensionis nostre gratiam recipientes  
 de liberalitate nostri culminis ipsi civitati indulgemus et in evum confirmamus, ut  
 ubicunque ipsius civitatis burgenses per totam provinciam Alsacie proprietates aliquas  
 sive quascunque possessiones habuerint, nulli licitum sit de hiis proprietatibus sive  
 20 possessionibus vel eciam hominibus eorum servicium aliquod accipere aut exigere  
 vel eciam cujusquam precarie sive exactionis onus eis inponere, quoniam nos dictam  
 civitatem cum omnibus ejus pertinenciis tam intus quam extra ad speciale obsequium  
 inperii decrevimus reservare. preterea constituimus tradidimus et auctoritate regia  
 consensuque principum nostrorum confirmavimus institutum et jus quoddam, quod  
 25 (31) cives iidem habuerunt a divis augustis predecessoribus nostris Lothario et Philippo  
 Romanorum regibus memorie recolende<sup>1</sup>, ut numquam in loco aliquo per personam  
 aliquam ecclesiasticam vel secularem eorum aliquis inpediatur aut molestetur vel in  
 judicium trahatur extra civitatem vel prorsus cogatur ab aliquo pro sua proprietate  
 seu possessione ibi cuiquam respondere, sed si aliquis adversus aliquem eorum  
 30 aliquid questionis habuerit, infra civitatem coram ipsius civitatis iudicibus eum  
 inpetat ibique ei respondeat et satisfaciat. presertim eadem auctoritate regali conce-  
 dimus et indulgemus, quod mercatores ipsorum per aquarum discursus cum merci-  
 moniis suis euntes, quocunque locorum navigia perveniant, si quo casu contingente  
 rupta fuerint vel ad terram pervenerint, ne periculum naufragii cum rerum suarum  
 35 dimersione perpassi aliquod in bonis suis idcirco dispendium sustineant vel jacturam,  
 sed tam navigia quam navigantium bona illis reserventur, ad quos spectabant, ante-  
 quam navigium hujusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine  
 locorum. volumus itaque fideles nostros cives Argentinenses consistere in omni jure  
 et honore atque constitutione, sicut a divis Romanorum regibus et inperatoribus  
 40 nostris predecessoribus eorum fuerunt temporibus sublimati, statuentes et edicto regio

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 61 nr. 78; 119 nr. 145.

districte precipientes, quatenus nulli unquam hominum sublimi vel humili ecclesiastico vel seculari hanc nostre donationis seu confirmationis paginam licitum sit infringere vel ei ausu temerario contraire. quod si quis presumpserit, triginta libras auri conponat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis injuriam persolvatur. ut autem presens concessio et confirmatio robur obtineat perpetuo valiturum, presentem paginam conscribi et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. testes hujus rei sunt venerabilis dominus Wernherus archiepiscopus Maguntinus, Fridericus Spirensis episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, Philippus dux Carintie, Fridericus buregravius de Nürenberg<sup>a</sup>, Emicho de Liningen et Eberhardus de Katzenelnbogen comites, Gotzo de Hohenloch, Waltherus de Clingen, Philippus de Valkenstein, Philippus de Bonlandia, Bruno de Hornberg<sup>b</sup>, Cünradus de Tån, Cünradus de Landesberg<sup>c</sup>, Burcardus et Peregrinus de Wangen et alii quam plures.

∴ Signum Rudolphi Romanorum regis invictissimi ∴ (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, sexto idus decembris, indictione quarta, regni nostri anno tercio.

Datum apud Hagenoiam presentibus testibus suprascriptis.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 18 or. mb. c. sig. pend.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend. delapso. Links schon unter dem Bug stehen die Worte Rüdolfus rex manu, von einer gleichzeitigen Hand geschrieben, die jedoch von der mea scripsi des Textes verschieden ist. Auch zeigen sie hellere Tinte.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 16<sup>b</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 10 nr. 701. — Böhmer R. Rud. nr. 215.*

48. Henricus Treverorum archiepiscopus omnibus fidelibus contritis et confessis, qui oratorium fratrum heremitarum sancti Augustini Argentine in festis dedicationum ac patronorum per octavas cum devotione visitaverint vel manum adjutricem ad opus eorum porrexerint, accedente consensu diocesanii quadraginta dies de injuncta penitencia relaxat. «devotionis pietas ac sancte religionis.» datum in Treveri anno domini 1276 in vigilia annunciationis virginis Marie. 1276 März 24 Trier.

*T aus Straßb. Thom. A. lad. Augustiner 10 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

49. Pabst Innocenz V gibt dem Erzbischof von Trier den Auftrag, er möge die nachtheiligen Folgen, welche sich aus der eidlichen Verpflichtung des Bischofs und Domcapitels von Straßburg betreffend die Besetzung des Schultheißen- und Richteramts daselbst ergeben haben, zu beseitigen suchen. 1276 Mai 7 Rom im Lateran.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. ad audientiam nostram pervenit, quod cum olim in civitate Argentinensi burgraviatus scultetatus et quorundam aliorum civitatis ejusdem judiciorum officia ad collationem venerabilis fratris nostri . . Argen-

a) S 1 Nürenberg. b) S 1 Hornberg. c) S 1 Landesberg.

tinensis episcopi spectantia consuevissent per episcopos Argentinenses, qui fuere pro tempore, ad suam et eorum conferri vitam, quibus eadem conferebantur, bone memorie H[einricus] Argentinensis episcopus credens per hoc Argentinensis ecclesie condicionem facere meliorem, ne hujusmodi officia de cetero taliter conferrentur ad vitam, una cum capitulo suo statuit et tam ipse quam idem capitulum de non veniendo  
 5 contra nec super hoc a sede apostolica vel aliunde litteras impetrando seu impetratis utendo vel eas ratas habendo prestiterunt corporaliter juramentum<sup>1</sup>. verum felicis recordationis Clemens papa predecessor noster intellecto, quod propter hoc . . . magister consules et universitas civitatis predictae contra bone memorie V[altherum] Argentinensem episcopum totumque clerum civitatis et diocesis Argentinensium quamplurimum concitati ecclesiis et personis ecclesiasticis earundem civitatis et diocesis dampna gravia intulerant, et quod propter hujusmodi discordiam preter id, quod quasi tota predicta diocesis irreparabiliter destructa erat, multi nobiles et alii fuerant miserabiliter interfecti, quodque verisimiliter timebatur, nisi per juramenti relaxationem predicti festinum apponeretur remedium, pejora posse prioribus evenire, venerabilibus fratribus nostris Alberto quondam Ratisponensi et bone memorie Spirensi episcopis suis dedit litteris in mandatis, ut consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa hec essent attendende, facerent in hac parte auctoritate dicti predecessoris, que salubri pacifico et tranquillo statui cleri et ecclesie ac civium  
 20 predictorum aliarumque personarum partium illarum secundum deum nosceret expedire, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. et licet hujusmodi littere dicto predecessore adhuc vivente prefatis Ratisponensi et Spirensi episcopis fuerint presentate, per eas tamen ante ipsius predecessoris obitum nullus, prout asseritur, habitus est processus, propter quod felicis recordationis . . .  
 25 G[regorius] predecessor noster tibi super hoc suas litteras destinavit; sed eodem predecessore G[regorio] morte prevento, tibi non fuerunt eodem littere presentate. nos itaque de circumspectione tua gerentes in domino fiduciam pleniorum fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, super hoc auctoritate nostra procedas juxta predictarum directarum prefatis Ratisponensi et Spirensi episcopis ejusdem predecessoris nostri G[regorii] continentiam litterarum. datum Laterani nonis maji pontificatus nostri anno primo.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1396 or. mb. c. bulla pend. delaps. Es sieht aus, als ob die Bulle ausgerissen worden wäre. Kostenvermerk unter dem Bug links V; tiefer steht f mit einigen darauf folgenden verwischten und durchgestrichenen Buchstaben, etwa raīm; auf dem Bug rechts n p; oben links in der Ecke mit dunklerer Tinte als der Text düp. p. Vic. Dorsualvermerk von zwei Kreuzen eingefasst Epternacum.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 55a ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 13 nr. 706. — Potthast Reg. pontif. nr. 21123.*

50 *König Rudolf beurkundet, daß der Markgraf Rudolf von Baden Frieden mit der Stadt Straßburg geschlossen hat. 1276 Juni 30 Hagenau.*

Wir Rüdolf von gots gnaden der Römische kunig tünt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, das Rüdolf der marcgrave von Baden und die

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 329 nr. 436.

Str. II.

burgere von Strazburg allgemeinliche vor uns sint mittenander lüterliche versünet, der marcgrave vir sich und vir alle die sine und die burgere vir sich alle gemeinliche, und hant die süne vor uns gelobet stēte ze habenne iewedersite ane alle gevērde und ane argen list. und swas der marcgrave von Baden oder sine liute den burgeren von Strazburg schuldig sint worden von irre hant, das sulnt sie in gelten 5 oder sulnt in aber drumbe rehte rede halten; damitte ist dise süne ungebrochen. swa ðch sine rittere und sine anbahtliute den marcgraven bisagent duheinre schulde, da sie bi sint gewesen, die sol er gelten. er sol ðch sine rittere und anbahtliute an die man ziuhet solich machen, das sie uffe den eit drumbe sagent. swa sie aber niht bi sint gewesen, da sol der marcgrave rehte rede halten den, die in anesprechent. 10 swas ðch der marcgrave von Baden den burgeren von Strazburg unce har schaden getan het, vir den schaden allen sol er in geben ahzig und hundert mark silberes

Mai 1 luterer und lötiges des gewiges von Strazburg zū disen cilen: zū sante Walpurgemes, die nu zeme nehisten kummet, sehzig mark und danach zeme zwelften tage

Januar 6 nach den nehisten wihennahten ðch sehzig mark und die dritten sehzig mark zū 15 den anderen wihennahten ðch zeme zwelften tage. herumbe het er in ze burgen gegeben unverscheidenliche graven Heinrichen von Vurstenberc, Heinrichen den marcgraven von Haheberc, grave Symmunden den jungen von Zweinbrucken und Hermannen sinen sun den jungen marcgraven von Baden also: were das dis silbere zū duheime cile, als da vor bischeiden ist, versessen wurde, das ez den burgeren 20 von Strazburg von deme vorgeantent marcgraven von Baden niht vergolten wurde, so sulnt sich dise burgen in den nehisten viercehen nahten, so si drumbe von der burgere wegen von Strazburg gemanet werdent, entwurten nach rehter giselscheffe ze Strazburg in; oder ieder man der sol vir sich legen einen ersammen rittere und einen edelen kneht ze Strazburg in niemer dannan ze kummenne, ê das silbere werde 25 vergolten den vorgeantent burgeren von Strazburg, das in denne versessen ist und derumbe die burgen denne gemanet werdent. daz aber dise süne stēte blibe, derumbe ist unsere ingesigele an disen brief gehenket. wir grave Heinrich von Vurstenberc, Heinrich der marcgrave von Haheberc, Symmunt der grave von Zweinbrucken und Herman der junge von Baden jehent dez, das wir burgen sint, als da vor geschriben 30 stat, und gelobent ze leistenne ane alle geverde als an disen brieve bischeiden ist. herumbe sint ðch unsere ingesigele an disen brief gehenket, das es wār si und stēte blibe. dis geschach zū Hagenowe an deme ciztage nach sante Johannis mes in deme dritten jare unseres riches und da von gots geburte warent tusent jar zwei 35 hundert jar und sehzi und sibencig jar. herane warent der herzoge Ludewig von Peiern, Friderich der herzoge von Lutringen, grave Emicho und grave Friderich von Liningen, Friderich der burcgrave von Nürenberc und Walthere von Clingen.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 5 sig. pend. delapsis. Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 146 a ibid. bei Wencker Coll. archiv. p. 58 = Fürstenberg Urk. B. I, 252 nr. 512 i. Regest. — Böhmer R. Rud. nr. 260.*

51. *Papst Johann XXI beauftragt den Bischof von Basel, das St. Johanneskloster zu Straßburg gegen Belästigungen zu schützen. 1276 October 13 Viterbo.*

Johannes episcopus<sup>1</sup> servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Basiliensi salutem et apostolicam benedictionem. qui non solum sua verum etiam semetipsos salubriter abnegantes carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigunt in castris claustralibus se claudendo, sunt non immerito gratis attollendi favoribus et congruis presidiis muniendi, ut eo devotius, quo quietius domino famulantes, sibi per vite meritum et aliis proficiant per exemplum. cum itaque dilecte in Christo filie . . priorissa et conventus sororum inclusarum monasterii sancti Johannis Argentinensis ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes, [sicut] nobis significare curarunt, ipse ac monasterium supradictum a nonnullis, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, multipliciter molestentur, nos et earundem priorisse et sororum providere quieti et molestantium malitiis obviare volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem priorisse et sororibus defensionis presidio efficaciter assistens non permitas eas contra indulta privilegiorum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt vel que indulta hujusmodi non contingunt, te ullatenus intromittas<sup>a</sup>. nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te ipsarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. hujusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas, presentibus post triennium minime valituris. datum Viterbii 3 idus octobris pontificatus nostri anno primo.

25 *H aus Straßb. Hosp. A. lad. 90 or. mb. Bulle an Hansschmur. Kostenvermerk unter dem Bug links . . mit Haken über dem zweiten Punkt, darunter Jac[obus] Romanus. Schreibervermerk auf dem Bug rechts Sy. Ber. Oben in der Mitte on zweimal durchstrichen, das n weit auseinandergezogen. Dorsualvermerk im doppelt gezogenen viereckigen Rahmen mit Kreuz darüber N. Waldini. Eine zweite Dorsualnotiz ist ganz ausradirt.*

30 52. *König Rudolf theilt der Stadt Straßburg den auf ihre Anfrage gefällten Rechtsspruch der Fürsten mit, daß derjenige, welcher sich zum Einlager oder zur Schuldzahlung verpflichtet habe und dieser Verpflichtung nicht nachkomme, überall gerichtlich belangt werden könne. 1277 Februar 22 Wien.*

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro consulibus et universis civibus Argentinensibus dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum. anno domini 1277 indictione quinta, feria secunda ante Mathye apostoli ad vestre fidelitatis instanciam ab infrascriptis principibus quesivimus in sententia,

Februar 22

a) *H rep. intromittas.*

<sup>1</sup> *Johann XXI nach der Bulle.*

utrum is, qui se dacione fidei vel juramento corporaliter prestito vel patentibus suis litteris ad obstagium vel solucionem alicujus debiti ad certum terminum obligavit nec in ipso termino adimplevit, ad quod taliter se astrinxit, de jure posset ubicunque etiam deprehensus per judicium occupari. et sentenciatum extitit communiter ab omnibus, quod is, qui modo predicto ad solucionem debiti vel obstagium obligatus promisso non paruit, valeat ubicunque inveniatur auctoritate judiciaria conveniri. in cujus sentencie evidens testimonium has patentes nostras litteras vobis duximus transmittendas. principes autem, per quos dicta sentencia extitit promulgata, sunt venerabiles H[einricus] Tridentinus, L[eo] Ratisponensis, . . . Seccoviensis et . . . Chymensis ecclesiarum episcopi et alii quam plures. datum Wienne anno et die predictis, regni vero nostri anno quarto.

*S aus Straßb. St. A. FF or. mb. c. sig. pend. partim laeso.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 226<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 185 = Mon. Germ. LL. II, 412. — Böhmer R. Rud. nr. 331.*

53. *König Rudolf verbietet seinen Amtleuten im Elsaß, von den dort gelegenen Gütern Straßburger Bürger Abgaben zu erheben. 1277 Februar 26 Wien.*

Rüd[olfus] dei gracia Romanorum rex semper augustus dilectis fidelibus suis Conrado Wernhero, Cānoni de Bergheim ceterisque officiatis suis per Alsaciam gratiam suam et omne bonum. cum nos dilectos fideles nostros cives Argentinenses, qui erga nos fidei lumine rutilant clarioris, sicut experti cognoscimus, tam placidis astringamus amplexibus, ita quod pro ipsorum commodis ampliandis et indempnitatibus precavendis assurgere nos delectet, fidelitati vestre hoc regali edicto damus firmiter in mandatis precise volentes, quatenus nullas precarias ammodo de bonis ipsorum civium per Alsaciam contra privilegiorum suorum tenorem exigere aliquatiter presumatis, precarias eciam, quas hactenus de bonis extorsistis, eisdem civibus plenarie refundendo. datum Wienne 4 kalendas marcii regni nostri anno 4.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 146<sup>b</sup> mit der Ueberschrift daz künig Rüdolf sinen amptlütten in Elsaz gebot, daz sie von der von Strazburg gütern nit bete nemen soltent.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Disqu. de ussburg. p. 5 = Lünig XIV, 1, 731; Schöpflin Als. dipl. II, 4 nr. 692 nach einem unbekanntem Codex im Straßb. St. A. mit der irrthümlichen Datierung Wienne 6 kalendas martii regni nostri anno primo 1274 Februar 21. Das Privileg ist nicht wiederholt, wie Schöpflin meint, sondern mit dem obigen identisch — Böhmer R. Rud. nr. 336.*

54. *Der päbstliche Caplan und Auditor Gerard beurkundet, daß von den Procuratoren der Stadt Straßburg Einwand erhoben worden sei gegen einen päbstlichen Erlaß an den Abt von Allorf zum Schutz der Straßburger Kirche und daß sich beide Parteien darüber verglichen haben. 1277 Februar 27 Viterbo.*

Omnibus presentes litteras inspecturis Gerardus magister scholarum ecclesie Parmensis domini pape capellanus et ipsius litterarum contradictarum auditor salutem in domino. noveritis, quod, cum Lutholdus de Reinchem clericus procurator vene-

rabilis patris . . dei gratia episcopi Argentinensis pro ipso impetraret litteras apostolicas sub hac forma: Johannes episcopus et cetera dilecto filio abbati monasterii de Altorf Argentinensis diocesis salutem et cetera. quia refrigesciente caritate multorum adeo iniquitas habundavit, ut non solum non habeant ad ecclesias et personas ecclesiasticas reverenciam propter deum, verum eciam ipsum in eis apertissime persequantur, expedit, ut nos, quibus earum cura et sollicitudo incumbunt, hujusmodi persecutorum conatibus obviamus. cum igitur, sicut ex parte venerabilis fratris nostri . . episcopi et dilectorum filiorum prepositi decani et capituli Argentinensium fuit propositum coram nobis, iidem a nonnullis, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, molestias multiplices paciantur, nos volentes et ipsorum episcopi prepositi decani et capituli providere quieti et perversorum conatibus obviare discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem episcopo preposito decano et capitulo presidio efficacis defensionis assistens non permitas<sup>a</sup>, eos contra indulta privilegiorum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, molestatores et cetera, attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt et que indulta hujusmodi non contingunt, te aliquatenus intromitas. nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam eciam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere juribus ac nullius fore decernimus firmitatis. hujusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut ejus fines quomodo libet non excedas, presentibus post triennium minime valituris. datum Viterbii idus februarii pontificatus nostri anno primo. eisdem litteris magister Paulus canonicus Tudertinus et Rodulphus<sup>b</sup> de Valva procuratores civium Argentinensium pro ipsis in audientia publica contradixerunt. quas tandem ea condicione absolverunt, quod super litibus motis inter dictos episcopum et capitulum ex parte una et prefatos cives ex altera nullum predictis civibus seu universitati eorundem per predictas litteras apostolicas prejudicium generetur. quod pars altera promisit firmiter coram nobis. in cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et audientie contradictarum sigillo muniri. datum Viterbii 3 kalendas marcii pontificatus domini Johannis pape vicesimi primi anno primo.

1277  
Februar 13

<sup>30</sup> *S aus Straßb. St. A. AA art. 1396 or. mb. lit. pat. Von einem Siegel ist Nichts zu bemerken, der untere Rand des Stücks sieht wie abgeschnitten aus. Rückvermerk von gleichzeitiger Hand, wie es scheint cautio pro civitate Argentinensi.*

55. Johannes XXI papa abbati monasterii Marpacensis Basiliensis dyocesis mandat, quatenus priori et conventui monasterii sancti Arbogasti extra muros Argentinenses ordinis sancti Augustini adversus predonum raptorum et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens non permittat, ipsos in personis et bonis suis molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescat et hujusmodi mandatum post triennium minime valiturum sa-

a) *S* permitens. b) *S* über dem ersten *a* in Rodulphus zwei Pünktchen.



pienter et fideliter exequatur. « quia mundo preposito in maligno ». datum Viterbii 2 kalendas aprilis pontificatus nostri anno primo. 1277 März 31 Viterbo.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 12. Daß nur Pabst Johann XXI diese Urkunde erlassen haben kann, geht aus der Datierung hervor.*

56. Cünradus episcopus Argentinensis fratribus heremitis ordinis sancti Augustini licentiatur, ut in sua dyocesi verbum dei predicent et in stationibus suis fidelibus indulgentiam quadraginta dierum dare possint. « in generalem Christi fidelium ». datum anno domini 1277, 16 kalendas junii. 1277 Mai 17.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

57. Bürgermeister und Rath der Stadt Basel beurkunden, daß ihr Mitbürger Burchard Mordere der Stadt Straßburg über Zahlung einer Schuld quittirt habe. 1277 Juni 23 Basel.

Burcardus dictus de Argentina magister civium et consules Basilienses notum facimus universis et publice protestamur, Burcardum dictum Mordere nostrum concivem dimisisse universos cives Argentinenses et singulos absolutos et quitos de omni debito, videlicet quindecim librarum denariorum Argentinensium, in quibus sibi dicta universitas civitatis Argentinensis fuerat rationabiliter obligata, confitens se easdem quindecim libras a predictis civibus Argentinensibus integraliter recepisse tam per se quam per Bertholdum de Almswilre, cui de eadem summa per dictos cives Argentinenses tredecim libre denariorum Argentinensium predicti Burcardi nomine sunt integraliter assignate. in quorum testimonium sigillum nostrum presenti cedula est appensum. datum Basilee in vigilia Johannis baptiste anno domini 1277.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17. or. mb. c. sig. pend. delapso.*

58. Graf Friedrich von Leiningen, von König Rudolf gesetzter Landrichter, bittet die Stadt Straßburg, ihre Boten mit Vollmacht zu einem nach Mainz auf Mittwoch nach Mariä Himmelfahrt anberaumten Tage in Sachen des Landfriedens zu senden. 1277 August 11.

Fr[idericus] comes de Liningen iudex provincialis a serenissimo domino R[udolfo] Romanorum rege constitutus viris prudentibus et discretis amicis suis sincere dilectis magistro consulibus ac universis civibus Argentinensibus quicquid potest obsequii et honoris. cum vos precipue necessarios habeamus super confirmatione sancte pacis generalis, rogamus et petimus vestram providenciam, quatenus nuncios vestros cum pleno mandato ad diem collocatam a venerabili domino nostro archiepiscopo Moguntino et civibus<sup>b</sup> civitatum, videlicet proxima feria quarta post assumptionem gloriose vir-

August 18

a) S nos. b) S civium.

ginis destinare velitis apud Maguntiam nobiscum disponendo de sancta pace supra-  
dicta. nos enim vos assecuramus litteris presentibus veniendo et redeundo in rebus  
et personis. datum anno domini 1277 in crastino Laurentii martyris.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 253 b.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 186 nr. 21 = Laguille pr. p. 38  
= Schaab Gesch. d. Rhein. Städteb. II, 62. — Böhmer R. Reichssachen nr. 127.*

59. Frater Incelerius ordinis heremitarum sancti Augustini Buduensis episcopus  
omnibus penitentibus, qui ad ecclesiam fratrum de penitentia Jesu Christi in Argentina  
in festo sancti Johannis apostoli et ewangeliste, sancti Johannis baptiste et omnium  
10 apostolorum, sancti Stephani prothomartyris, sancti Laurentii et omnium martyrum,  
sancte Katherine virginis, sancte Margarete et omnium virginum, sancti Nycolai  
episcopi, sancti Augustini et omnium confessorum, in honore quorum anno 1277  
in vigilia assumptionis beate virginis Marie accedente consensu C[onradi] Argenti-  
nensis episcopi fratribus duo altaria consecravit, et in quatuor festivitibus virginis  
15 Marie et in nativitate domini, in resurrectione domini, in ascensione domini, in die  
pentecostes, in festo omnium sanctorum sive in dedicatione ac anniversario dedica-  
tionis et per octavas eorundem cum devotione accesserint, quadraginta dies crimi-  
nialium et annum venialium de utroque altari, omnibus quoque, qui fratribus ad  
edificia ac vite necessaria manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de in-  
20 junctis penitentiis relaxat. «loca sanctorum». datum Argentine anno domini 1277  
in vigilia assumptionis gloriose virginis Marie. 1277 August 14 Straßburg.

August 14

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. c. sig. pend. laeso. Siegel des Straßburger  
Augustinerpriors. Auf der Rückseite von gleicher Hand: indulgentia episcopi Buduensis.*

60. Beschluß des Straßburger Domcapitels über die zum Lampertheimer Stiftsgut  
25 gehörigen Güter in Scherweiler. 1277 August 17.

Nos prepositus decanus et capitulum ecclesie Argentinensis notum facimus pre-  
sencium inspectoribus universis, quod nos bona, que communitatis nostre dicuntur,  
et bona spectancia ad mansurnam dictam de Lampertheim sita in villa et banno de  
Scherwilre pluribus retro temporibus tenuimus et usumfructum eorum percepimus  
30 indistincte. quia vero ex hoc oriri posset questio et dubitatio, que bona ad futurum  
mansurnarium debeant pertinere, ideo nos indicto ad hoc capitulo speciali presen-  
tibus omnibus et consencientibus, qui voluerunt et potuerunt commode interesse,  
provida deliberatione habita statuendum duximus et ordinandum, quod ad dictam  
mansurnam bona in littera antiqua specificata, quam habemus, pertineant et ad alia  
35 nequaquam mansurnarius, qui fuerit pro tempore, debeat extendere manus suas  
nec quidquam juris sibi in aliis usurpare, excepta parte bonorum, que phlenzere  
vulgariter nuncupantur, in dicto banno de Scherwilre sitorum, quam dictus mansur-  
narius habere debet secundum quod eadem pars per divisionem de jussu et mandato  
nostro factam ipsi mansurnario est deputata et signaculis lapidum jam distincta.

preterea ad tollendum scrupulum questionis future statuimus et ordinavimus consensu  
concordi, quod domus lapidea in villa predicta sita, que cujus curie sola adhereat  
nostre vel mansurne predictae, a nostra memoria est elapsum, solutis a nobis viginti  
libris denariorum dicto mansurnario penes nos vel receptis ab ipso viginti libris,  
penes eum perpetuo debeat remanere. et habebit mansurnarius predictus optionem re-  
cipiendi vel solvendi pecuniam antedictam. jurabit eciam mansurnarius predictus in-  
continenti post electionem factam de ipso, quod dictas viginti libras nobis assignabit  
infra mensem post sui creacionem, si dictam domum voluerit retinere. in cuius rei  
testimonium sigillum capituli presentibus est appensum. actum et datum anno do-  
mini 1277 feria tertia post assumptionem beate virginis.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. sig. pend.*

61. *Bischof Inzelerius von Budua bearkundet, daß er den Grundstein zur Kirche der Straßburger Augustiner gelegt, ihren Altar und Friedhof geweiht habe, und verheißt Ablaß Allen, welche die Kirche unterstützen werden. 1277 August 19 Straßburg.*

Frater Inzelerius dei gratia Buduensis episcopus ordinis fratrum heremitarum  
sancti Augustini universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem  
in omnium salvatore. sanctorum meritis inclita gaudia non dubitamus consequi,  
si Christi pauperibus, in quibus idem se honorari ac sperni confitetur, secundum  
nostram facultatem grata beneficiorum subsidia impendamus ipsos in vinculo karitatis  
confoventes. hujus rei gratia notum fieri cupimus universis et singulis presentium  
per tenorem, quod nos fratribus heremitis ordinis sancti Augustini Argentinensis ci-  
vitatatis et diocesis accedente dyocesani<sup>a</sup> in vigilia beati Laurentii primarium lapidem  
sue foundationis posuimus, in die vero ipsius altare publicum cum cymiterio insequenti  
die dedicavimus in honore gloriosissimi corporis et sanguinis domini nostri Jesu  
Christi, beate Marie et beati Augustini patris nostri et aliorum plurimorum sanc-  
torum, statuentes dedicationem ejusdem altaris in exaltatione sancte crucis singulis  
annis celebrandam, et omnibus ibidem causa devotionis convenientibus ac manum  
porrigentibus adjutricem pie contritis et confessis quadraginta dies criminalium et  
annum venialium de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxantes. addimus etiam  
primo anno ipsos fratres visitantibus una dominica in mense gratiam indulgentie  
prelibate. sane quia sepredictos fratres extreme paupertatis titulus adornat coram deo,  
cui in eisdem reverentia exhibenda est, quem imitantur, cunctis in nativitate do-  
mini et epyphania, resurrectione ejus, ascensione domini ac pentecosten, quatuor fes-  
tivitibus beate Marie virginis, beati Augustini et per octavas eorum cum festo  
loci et patroni, sicut a nobis humiliter ab ipsis est supplicatum, 40 dies criminalium  
et annum venialium, ut prescriptum est, in domino relaxamus. in argumentum igitur  
facti presens scriptum ipsis fratribus contulimus sigilli nostri robore communitum.  
datum Argentine 14 kalendas septembris anno domini 1277<sup>b</sup>.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend. lueso.*

<sup>a</sup>) offenbar zu ergänzen consensu.    <sup>b</sup>) T anno domini 1277 von anderer Hand mit hellerer Tinte hinzugefügt.

62. *Bischof Konrad und das Domcapitel von Straßburg beschließen, daß das Lampertheimer Gut künftig dem Capitel allein zugehören und dem Probst dafür eine Entschädigung zugemessen werden soll. 1277 September 30.*

Cānradus dei gracia episcopus, Fridericus prepositus, Bertholdus decanus et  
 5 capitulum ecclesie Argentinensis notum facimus presentium inspectoribus universis,  
 quod propter communem utilitatem ecclesie nostre predictae statuendum duximus et  
 ordinandum, quod . . . capitulum dicte ecclesie nostre fructus mansurne dicte de  
 Lampertheim de cetero percipere debeat et quod ipsa mansurna cum omnibus perti-  
 nenciis suis ad capitulum nostrum perpetuo debeat pertinere et prebendas  
 10 canonicis et prebendariis ministrare. quia vero prepositure ecclesie nostre  
 ex ordinatione hujusmodi aliquid prejudicii generatur, ideo de communi consensu  
 in duos de nostris concanonicis, videlicet Hermanum custodem et Johannem  
 cellerarium ecclesie nostre, conpromisimus sub hac forma, quod iidem statuam et  
 ordinent reconpensationem competentem preposito seu dicte prepositure faciendam  
 15 de beneficiis, quorum collatio seu presentatio ad mansurnarium olim dictam man-  
 surnam tenentem pertinere consuevit, vel alio modo in locum diminutionis juris,  
 quam dicta prepositura seu prepositus Argentinensis per ordinationem nostram  
 suprascriptam poterit sustinere. si vero dicti duo nostri concanonici in unam for-  
 mam nequierint concordare, elegimus concorditer dominum Eberhardum de En-  
 20 tringen nostrum concanonicum pro medio bona fide communiter promittentes, quod  
 ratam habebimus et inviolabiliter observabimus ordinationem, quam duo ex predictis  
 tribus arbitris super reconpensatione exhibenda preposito vel prepositure Argenti-  
 nensi duxerint faciendam vel etiam statuendam. in cujus rei testimonium sigilla  
 nostra presentibus sunt appensa. actum et datum anno domini 1277 feria quinta  
 25 proxima post festum beati Michahelis archangeli.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. 4 sig. pend. partim laesis.*

63. *Fehdebrief Graf Sigeberts von Wörth an die Stadt Straßburg [vor 1278].*

S[igebertus] comes de Werde discretis et providis magistro et consulibus ac  
 30 universis civibus Argentinensibus salutem et obsequium, ut tenetur. quia domini  
 de Lantsperc et alii quam plures fautores nostri tantas perturbationes ac gravamina,  
 quas dominus Libinceller concivis vester Waltram dicto Hunt inferre non desinit  
 nec expavescit, nobis sunt conquesti, de quo animus noster condolet et movetur,  
 ideirco noveritis, quod nos oportet quamvis inviti cum nostris suffraganeis et viris  
 35 jugum belli subire.

*S aus St. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. clausa c. sig. inverso  
 impr. deleto. Dem Schriftcharacter nach fällt das Stück in die zweite Hälfte des 13. Jahr-  
 hunderts; jedenfalls ist es vor 1278, das Todesjahr Graf Sigeberts<sup>1</sup> zu setzen. Für  
 eine nähere Zeitbestimmung fehlen die Anhaltspunkte.*

<sup>1</sup> Das Todesjahr geben die *Annal. Colm. maj. an.* (*Mon. Germ. SS. XVII, 203.*  
 Str. II.

64. *Beschluß des St. Thomascapitels über die Austheilung der aus Seelgerüstiftungen fließenden Unterstützungen. 1278 Januar.*

Temporalis facti memoria solet nonnunquam literali testimonio commendari, ne cursu temporis aut posteriorum calumpnia valeat aboleri. noverint igitur universi presentes litteras inspecturi, quod nos Fr[idericus] prepositus, decanus<sup>a</sup> totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis ad tollendum et abolendum inter nos omnis dubietationis scrupulum circa remedia ecclesie nostre a fidelibus collata in anniversariis eorundem et festis chori distribuenda cum consensu et voluntate nostri omnium et singulorum statuimus et ordinamus, ut, quandocumque seu quocienscumque in choro ecclesie nostre predictae divina per interdictum generale vel speciale seu quocumque alio casu suspensa fuerint, remedia predicta, sive ad anniversaria sive ad festa chori pertineant, interim manent in suspensio nec dividantur inter nos, sed reserventur, quousque divina hujusmodi fuerint resumpta, et tunc omni die ad hoc congruo vigilia et missa pro singulis defunctorum secundum ordinem juxta voluntatem defuncti, cujus tunc memoria agitur, peragatur et remedia ejusdem defuncti dumtaxat pro voluntate legantis ea dividantur. de festis autem volumus et statuimus, ut saltem pro singulis festis neglectis singule misse debite secundum ordinem celebrentur et similiter remedia juxta voluntatem conferentis ea dividantur, quousque tam anniversaria quam festa omnia neglecta fuerint plene peracta. et hujusmodi statutum, a nobis singulis datione fidei loco juramenti firmatum, jure<sup>b</sup> dum de cetero ab omnibus futuris canonicis inter alia statuta ecclesie nostre presentibus connumeramus. in cujus rei testimonium sigillum capituli nostri una cum sigillo curie Argentinensis presentibus est appensum. nos vero iudex curie predictae ad preces predictorum prepositi et capituli presentes litteras sigillo curie predictae in testimonium predictorum fecimus communiri. actum mense januario anno domini 1278.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 2 (Statuts) or. mb. c. 2 sig. pend.*

65. *Beschluß des St. Thomascapitels über die Anschaffung von seidnen Chormänteln. 1278 Januar.*

Consuevit humana providentia gesta sua scripture testimonio commendare, ne vetustate temporis aut posteriorum calumpnia valeat aboleri. noverint igitur presentes et posteri hujus littere tenorem inspecturi, quod nos Fr[idericus] prepositus, decanus<sup>b</sup> totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis volentes, qua possumus et debemus, industria providere, ne ecclesia nostra predicta in posterum defectum seu carentiam in cappis sericis seu purpureis ad ornatum divini cultus necessariis indenter sustineat, cum frequenti auxilio subventionis indigeat, que frequentia usus et temporis cursus naturaliter consumit, statuimus et ordinamus inviolabiliter observandum, ut, quicumque de cetero receptus fuerit canonicus in ecclesia nostra predicta, quam cito fructus de prebenda sua perceperit et installatus seu emancipatus

<sup>a)</sup> Vor decanus ist Raum für den Namen freigelassen. <sup>b)</sup> Vor decanus ist Raum für den Namen freigelassen.

fuerit, cappam sericam seu purpuream, qua decenter utatur in festis ecclesie nostre, sibi faciat valentem ad minus tres marcas argenti, que apud ecclesiam semper remaneat. et si in hoc facto idem canonicus negligens aut remissus fuerit, liceat decano, qui pro tempore fuerit, primos proventus prebende sue predictae sine omni contradictione ipsius vel cujusquam recipere usque ad summam predictam trium marcarum, conservandam et convertendam dumtaxat in usus cappe hujusmodi comparande, ut sic ecclesia ex nostra provisione incrementum ornamentorum potius quam ex negligentia detrimentum recipiat. hujusmodi autem statutum ab omnibus futuris canonicis inter alia statuta nostre ecclesie jurandum connumeramus. et ut firmum et inviolabile permaneat, sigillum capituli nostri una cum sigillo curie Argentinensis presentibus est appensum. nos vero iudex curie predictae ad preces predictorum prepositi et capituli presentes litteras sigillo curie predictae in testimonium predictorum fecimus communiri. actum mense januario anno domini 1278.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 2 (Statuts) or. mb. c. 2 sig. pend.*

*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 324 nr. 46. Heitz Die St. Thomaskirche von Straßb. S. 97 in deutscher Uebertragung aus Ecclesia colleg. s. Thome etc. mscpt.*

*66. Peter Esel, Bürger von Metz, spricht die Stadt Straßburg von jeder Verpflichtung frei. 1278 Februar 3.*

Noverint universi tam presentes quam posteri hujus littere inspectores, quod ego Petrus dictus Asinus civis Metensis decem libras denariorum Metensium et si quid amplius est et omne dampnum, quod supercrevit, ad cujus pecunie et dampni solutionem universitas civium Argentinensium ex mutuo michi fuerat obligata, remitto sponte et liberaliter, non coactus, pure et simpliciter pro me meisque heredibus universis, renunciando omni actioni michi competenti super eisdem sorte et dampnis contra universos et singulos cives Argentinenses. protestor et fratrem meum Philippum et ejus consocium debita et dampna, in quibus eisdem dicta tenebatur universitas, similiter remisisse. in cujus rei probationem sigillum meum presenti cedulae est appensum. actum anno 1278 in crastino purificationis.

*S aus Straßb. St. A. Versch. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

*67. Bischof Konrad von Straßburg befreit das Kloster Herrenalb und seine Angehörigen vom Zolle zu Straßburg. 1278 Februar 10 Malsch.*

Cunradus dei gratia Argentinensis episcopus notum fieri cupimus omnibus presens scriptum intuentibus, quod nos absolvimus in perpetuum monasterium in Alba Cisterciensis ordinis Spirensis diocesis, abbatem et monachos ejusdem loci ac universas personas ibidem professas in grangiis sive curiis suis vel ubicumque commorantes cum omnibus bonis et universis rebus dicto monasterio grangiis sive curiis suis pertinentibus ab omni theloneo, quod nobis ex eis de civitate nostra Argentinensi vel

nostris successoribus posset provenire. ut autem hec nostra donatio abbati et monachis nunc ibidem degentibus omnibusque successoribus suis sit valitura, presens scriptum nostro sigillo sollempniter est communitum. actum et datum anno domini 1278, 4 idus februarii apud Mals.

*Aus d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. II, 114 nach dem Or. im Württemb. St.-A. zu Stuttgart.* 5

68. Ludwig Pfalzgraf bei Rhein, die Grafen von Hohenberg, Katzenellenbogen und Leiningen, sowie siebzehn genannte Städte, darunter Straßburg, schließen einen Landfrieden auf zwei Jahre, dessen Kosten ein Zoll zu Mainz und Boppard bestreiten soll. 1278 Juni 24 Hagenau.

In nomine domini amen. Ludewicus dei gracia comes palatinus Reni dux 10  
Bauwarie, Albertus de Hohenberc, Eberhardus de Kazzenelnbogen, Fridericus de  
Liningin comites, Moguntinenses, Argentinenses, Basilienses, Wormatienses, Spiren-  
ses, Columbarienses, Slezestasienses, Hagenaugenses, Wizenburgenses, Openheimen-  
ses, Pinginenses, Wisalienses, Bobardienses, Frakenfordienses, Geilenhusenses, Fri-  
deburgenses, Wetslorgenses cives ad noticiam universorum litteris presentibus volumus 15  
pervenire, quod nos attendentes et considerantes inconstanciam rerum humanarum  
apud civitatem Hagenaugiam convenimus ibidem propter honorem dei et gloriose  
virginis, matris sue, necnon ob reverenciam sacri imperii pacem sanctam et gene-  
ralem clara fide et unanimi<sup>a</sup> consensu compromisimus a festo penthecostes nunc pre-  
terito per biennium contra quoslibet violatores sancte pacis ac dolo sue malicie ipsam 20  
insectantes conservare et gubernare viribus et posse, in quantum valemus, procedere  
eciam manu valida nobis favente divina clemencia contra omnes, qui thelonia incon-  
sucta et injusta super alveum Reni recipere volunt, hoc adjecto, quod omnes sive  
religiosi sive seculares in Reno descendentes et ascendentes de rebus suis, secundum  
quod taxavimus et statuimus communi consilio, apud Maguntiam et Bobardiam<sup>b</sup> sum- 25  
mam proporcionaliter sue pecunie in subsidium et in defensionem pacis ministrabunt,  
ut eo potencialiter et liberaliter ipsos in corpore et rebus ac pacem predictam defen-  
sare valeamus. cives vero rebelles et inobedientes hiis statutis et compromissis a  
sancta pace et nostra defensione penitus eicimus et excludimus. dampna, si qua in-  
currunt et ipsis provenire inde poterunt, per nos nec nostro adjutorio vindicabuntur. 30  
in testimonium et robor omnium premissorum presentibus nostra sigilla sunt appensa.  
actum et datum Hagenaugie<sup>c</sup> anno domini 1278 die beati Johannis baptiste.

*S aus Straßb. St. A. Gew. u. d. Pfalz lad. 48,49 or. mb. c. 21 sig. pend. partim mutilatis, quorum 5 delapsa. Abgefallen sind die Siegel von Mainz, Straßburg, Worms, Speier und Bingen.* 35

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 111<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 186 nr. 22 = Böhmer Cod. dipl. Manofrancof. p. 185 = Schaab Gesch. d. rhein. Städteb. 2, 62 = Trouillat Mon. de Bâle II, 293 nr. 229. — Speierer UB. S. 97 nr. 134 i. Regest; Böhmer R. Reichssachen nr. 131.*

a) S unanimi das h durch zwei untergesetzte Punkte gelöscht. b) S Bobardiam. c) S Hagenau mit Abkürzungsstrich. 40

69. *Graf Simon von Eberstein schließt Frieden mit der Stadt Straßburg. 1278  
Juli 30.*

Nos Symon dei gracia comes de Eberstein notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod omnem discordiam rancorem et inimiciam, quam habuimus  
 5 hucusque cum magistro consulibus et universitate civium Argentinensium,<sup>1</sup> relaxamus et remittimus puro corde promittentes, quod dictos cives Argentinenses nec universaliter nec singulariter occasione inimicie predictae seu pro hujusmodi causa et facto non vexabimus aut gravabimus nec vexari aut gravari procurabimus quoquo modo, sed potius compositionem hujusmodi nos et nostri complices sine dolo et fraude  
 10 ratam et firmam tenebimus et tenere promittimus per presentes. si autem ex vero et justo debito aliquibus civibus Argentinensibus obligati sumus, hoc compositionem hujusmodi non tangit nec eidem est inclusum; sed pro tali debito eis justam servare debemus rationem. in cujus rei probationem sigillum nostrum presentibus est appensum. actum et datum anno 1278 sabbato post Jacobi apostoli.

15 *S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 59<sup>b</sup> mit der Ueberschrift daz grafe Symon von Eberstein vershinet wart mit der stat zū Strazburg.*

70. *Bischof Konrad von Straßburg gibt dem Abt von Schuttern den Auftrag, die Straßburger Dominikaner gegen ungerechte Bedrückung zu schirmen. 1279  
Juli 26 Straßburg.*

Cunradus dei gratia Argentinensis episcopus viro religioso et discreto . . . abbati de Schuttera salutem in domino sempiternam. quamvis karissimi nobis in Christo fratres ordinis predicatorum conventus Argentinensis studeant officium suum adeo laudabiliter exequi, quod apud omnes possunt stabilem benivolentiam promereri, non desunt tamen, ut accepimus, aliqui nostre diocesis clerici et laici, qui presumptione  
 25 dampnabili ipsorum quietem inquietant multipliciter et perturbant. plebani namque et cappellani ac vicarii ecclesiarum, ut asserunt, non sinunt ipsos aliquando uti privilegiis et graciis seu indulgentiis ipsis a sede apostolica et a nobis ac antecessoribus nostris concessis, in tantam prorumpentes audaciam, ut excommunicationis sententias fulminent vel se laturos comminentur in subditos proprios, ut sic ipsos  
 30 a devotione eorundem ac salubri familiaritate revocent et restringant. aliqui vero elemosinas, ut dicitur, ipsis fratribus in ultimis voluntatibus morientium deputatas vel aliter donatione inter vivos vel causa mortis collatas detinent nec legata ipsis procedere sinunt, successionis titulum vel quid aliud frivolum pretendentes. nolentes igitur dictos fratres, quorum meritis et operibus fructuosis nostra plerumque onera  
 35 in actionibus spiritualibus sublevantur, et quorum supplicationibus beneficia nobis celitus a patre luminum descendencia procurantur, indebite molestari discretioni vestre, de qua gerimus in domino fiduciam pleniorum, injungimus dantes firmiter in

<sup>1</sup> Vergl. nr. 34.



mandatis, quatenus ipsos fratres habeatis pro dei amore et nostra reverentia vobis propensius commendatos non sinentes, eos premissarum vel aliarum injuriarum molestias sustinere, sed magis eos, de quibus ad vos querelam detulerint, clericos et laicos in vestra presentia statuendos ad satisfactionem plenariam auctoritate, quam super hoc vobis presentibus in hiis scriptis conferimus, inducat, contumaces quolibet censura ecclesiastica percellentes. datum Argentine anno domini 1279, 7 kalendas augusti.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend.*

71. *Das Straßburger Domcapitel macht die Summe der zu Gunsten des Münsterbaues bewilligten Indulgenzen bekannt. 1279 November 14 Straßburg.*

Reverendis in Christo patribus et dominis dei gracia archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus prepositis decanis plebanis viceplebanis aliisque ecclesiarum rectoribus, ad quos presentes littere pervenerint, decanus totumque capitulum ecclesie Argentinensis oraciones in domino Jesu Christo. per diversas mundi partes tam indigene quam advene nuncii transeuntes, nisi cautelam adhibeant, in rebus dampna et in personis frequencius injurias paciuntur. cum igitur ecclesia Argentinensis a sede apostolica et ipsius legatis ac a reverendo patre et domino archiepiscopo Maguntino<sup>a</sup> necnon ab aliis reverendis patribus episcopis litteras indulgenciarum obtinuerit et habeat pro sua fabrica reformanda, que si casu inopinabili perderentur, forte ipsa ecclesia nunquam vel nullatenus recuperaret tantum dampnum, tamen ne circa indulgencias ipsius ecclesie Argentinensis macula suspitionis [intimari possit],<sup>b</sup> summam indulgenciarum sub testimonio decani et nostri capituli conscriptam vobis et aliis Christi fidelibus duximus tenore presencium transmittendam. que videlicet indulgencia talis est: sedes apostolica et legati ejus ac reverendus pater et dominus archiepiscopus Maguntinus predictus cum quinque suffraganeis suis singulis diebus, in quibus ipsi ecclesie Argentinensi subvenitur, quatuordecim annos cum carrenis relaxant. pro fraternitate autem et benefactoribus ipsius ecclesie quilibet sacerdos predicte diocesis Argentinensis qualibet septimana duas missas celebrat<sup>c</sup>, unam pro vivis et aliam pro defunctis. summa annorum quatuordecim cum centum et quadraginta carrenis, summa vero missarum quolibet anno plus quam octoginta milia missarum. ut autem ad hec plena fides ab omnibus adhibeatur, sigilla decani nostri et capituli ecclesie Argentinensis predicte presentibus sunt appensa. datum Argentine anno domini 1279 feria 3 post festum beati Martini confessoris.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 219<sup>a</sup> cop. chart. sec. XV.*

72. Cünradus Argentinensis episcopus omnibus penitentibus, qui ad ecclesiam fratrum de penitentia Jesu Christi in Argentina in quatuor festivitatibus virginis Marie, in festo sancti Johannis apostoli et ewangeliste, sancti Johannis baptiste et omnium

a) *F mit schwärzerer Tinte über das durchstrichene Argent übergeschrieben.* b) *F inculari.*  
c) *F celebrant.*

apostolorum, sancti Stephani, sancti Laurentii et omnium martyrum, in festo sancte Katherine, sancte Margarete et omnium virginum, sancti Nicolay episcopi, sancti Augustini et omnium confessorum, in honore quorum fratres tria altaria habent consecrata, et in nativitate domini, in resurrectione domini, in ascensione domini, in die pentecostes, in festo omnium sanctorum sive in dedicatione ac anniversario dedicationis et per octavas eorum cum devotione accesserint, quadraginta dies criminalium et annum venialium, omnibus quoque, qui fratribus ad edificia ac vite necessaria manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxat. «loca sanctorum». datum Argentine anno domini 1279 in palacio nostro. 1279

10 *Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. c. sig. pend. delapso. Auf der Rückseite von gleicher Hand: indulgentia episcopi Argentinensis.*

73. *Vertrag des Bischofs Konrad von Straßburg mit dem St. Arbogastkloster über gegenseitigen Erlaß von Abgaben. 1280 Januar 23.*

15 Humana providencia gesta hominum decrevit racionabiliter literis stabilire, ut eorum testimonio oblivionis tersa nebula cesset scrupulus et veritate cognita posteris litigiose tollatur materia questionis. hinc est quod, cum nos C[onradus] dei gracia episcopus Argentinensis de bonis episcopalibus sitis in bannis Strazburg, Kunigeshoven et Schiltkenin solveremus et solvere deberemus ab antiquo jure . . . priori et

20 conventui monasterii sancti Arbogasti extra muros Argentinenses redditus annuos, qui dicuntur der niunde<sup>1</sup>, et iidem prior et conventus vice versa nobis et ecclesie nostre Argentinensi de bonis ipsorum in bannis Biscovesheim Hönheim et Wiheresheim sitis et in curiam nostram Biscovesheim spectantibus annuatim decem et novem quartalia mensuralis<sup>a</sup> annone et decem unceas denariorum Argentinensium solvere tenerentur, nos provida deliberacione prehabita, accedente voluntate et consensu capituli nostri Argentinensis, cum prefatis . . . priore et conventu monasterii sancti Arbogasti convenimus et pertractavimus in hunc modum, quod ipsi bona nostra pre-

30 tacta de redditibus, qui dicuntur der niunde, simpliciter absolverunt et absoluta in perpetuum dimiserunt. nos autem vice versa bona eorum prefata a censu pretacto, qui hucusque nostre de eisdem bonis debebatur ecclesie, absolvimus et in evum dimittimus absoluta, confitentes nos et nostram ecclesiam Argentinensem in eisdem bonis eorum de cetero nullum jus habere nec habere debere. et si quod jus nobis in eisdem competeret, hoc presentibus resignamus expresse, provide pensantes, hinc inde bona utraque sic absolvi et absoluta dimitti utrique ecclesiarum predictarum magis

35 expedire, quam quod alternatim ad hujusmodi forent prestaciones sibi invicem obligate. in qua quidem alterna absolucione recognoscimus nos utrimque nullatenus fore defraudatos. nos . . . prior et conventus monasterii sancti Arbogasti antedicti absolvi-

a) verbessert von späterer Hand in mansurnalis.

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 74 nr. 93.

mus et absoluta dimittimus bona supradicta episcopalia a redditibus, qui dicuntur der niunde, confitentes nos et nostrum monasterium in eisdem bonis deinceps nullum jus habere nec habere debere. et si quod jus nobis in eisdem competeret, hoc presentibus resignamus expresse. renunciamus etiam hinc inde tam nos . . . episcopus et capitulum Argentinenses quam etiam . . . prior et conventus sancti Arbogasti supradicti restitutioni in integrum et omni juris auxilio canonici et civilis cunctisque defensionibus et excepcionibus et literis seu privilegiis a sede apostolica vel aliunde impetratis et impetrandis, quibus ad presens et in posterum venire et juvari possemus in iudicio et extra contra premissa omnia vel aliqua ex eis. que quidem absque omni cavillatione et sine dolo promittimus nos utrimque inviolabiliter observaturos. in cuius rei probationem et memoriam perpetuam prefati domini episcopi et capituli Argentinensium, . . . prioris et conventus sancti Arbogasti sigilla presentibus sunt appensa. datum anno domini 1280 feria tertia ante conversionem beati Pauli.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 114 or. mb. c. 4 sig. pend. laesis, quorum 1 delaps. Auf der Rückseite von nahezu gleichzeitiger Hand litera permutacionis facta cum domino episcopo et preposito sancti Arbogasti et ejus conventu super quibusdam rebus, darunter CCXLVIII B[registrata] et coll[acionata] wohl von späterer Hand.*

*Regest i. UB. III, 43 nr. 127 nach dem Copialbuch v. St. Arbogast ibid. G fasc. 1700.*

74. *König Rudolf weist die Zöllner zu Frankfurt an, die gegenseitige Zollfreiheit der Straßburger und Frankfurter Bürger zu achten. 1280 März 15 Wien.*

Rudolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus dilectis suis fidelibus theloneariis in Frankenvurt gratiam suam et omne bonum. cum ex antique consuetudinis observantia usque ad hec tempora sit perductum, quod cives in Frankenfürt in Argentina et econverso cives Argentinenses in Frankenfürt nullum dare theloneum consueverunt, nos hujusmodi consuetudinem inter civitates predictas hactenus observatam nostris temporibus immutari nolentes fidelitati vestre injungimus et mandamus, quatinus dictos cives Argentinenses sine thelonei requisicione cujuslibet libere permittatis transire, ut et ipsi vice reciproca cives Frankenfurdenses ab omni theloneo liberos et solutos dimittant. in hoc enim nullum vobis in jure vestro prejudicium generatur. datum Wienne idus martii regni nostri anno 7.

[in verso] universis theloneariis in Frankenfürt dilectis nostris fidelibus.

*F aus Frankfurter St. A. or. mb. lit. clausa c. sig. inverso impr. mutil.*

*Gedruckt bei Böhmer Cod. dipl. Moenofrancof. p. 197, nach nicht zu bestimmender Vorlage. — Böhmer R. Rud. nr. 526.*

75. *Bischof Konrad und die Stadt Straßburg melden der Stadt Frankfurt, daß sie gemäß dem Privileg König Rudolfs von den Bürgern derselben keinen Zoll fordern werden und dasselbe auch von ihr erwarten. 1280 Mai 29.*

Conradus dei gratia episcopus Argentinensis, Hartmütus de Schiltkenim magister, consules et universitas civium Argentinensium viris prudentibus et honorandis

Heinrico sculteto, scabinis, consulibus et universitati civium Frankenvordensium salutem cum bona in omnibus voluntate. gratiam serenissimi domini nostri Rüdolfi Romanorum regis vobis et civibus Argentinensibus super theloneo<sup>1</sup> factam reverenter suscipientes ac eam gratam et ratam tenere volentes, inantea a vobis et  
 5 a vestris concivibus nullum prorsus theloneum requiremus ita videlicet, quod et vos a nobis et a nostris concivibus inantea nullum omnino theloneum requiratis. in  
 10 cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigilla nostra episcopi et civitatis Argentinensis presentibus duximus appendenda. actum anno domini 1280, 4 kalendas junii.

<sup>10</sup> *F aus Frankfurter St. A. or. mb. c. 2 sig. pend.*  
*Gedruckt darnach bei Böhmer Cod. dipl. Moenofrancof. p. 200; Lünig XIII, 560 nr. 11 nach unbekannter Vorlage.*

<sup>15</sup> *76. Die Stadt Frankfurt schreibt der Stadt Straßburg, daß sie gemäß dem Privileg König Rudolfs von den Bürgern derselben keinen Zoll fordern werde und dasselbe auch von ihr erwarte. 1280 Mai 29.*

Honorandis viris prudentibus et discretis . . . magistratui consulibus et universis civibus Argentinensibus Heinricus sculletus, scabini, consules et universitas civium Frankenvordensium cum affectu sincero paratam ad obsequia voluntatem. gratiam serenissimi domini nostri domini Rudolphi Romanorum regis vobis et nobis super  
 20 thelonio factam gratulanti<sup>a</sup> animo suscipientes ac eam gratam et ratam tenere volentes, inantea a vobis et a vestris concivibus nullum prorsus thelonium requiremus ita videlicet, quod et vos a nobis et a nostris concivibus inantea nullum omnino thelonium requiratis. in cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum civitatis Frankenvordensis presentibus duximus appendendum. actum anno domini  
 25 1280, 4 kalendas junii.

*S aus Straßb. St. A.-Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. sig. pend. partim mutil.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 196 b, ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 27 nr. 738 mit der falsch gelesenen Datirung 1284 Juni 1; Böhmer Cod. dipl. Moenofrancof. p. 200.*

<sup>30</sup> *77. Frater Inzelerius ordinis heremitarum sancti Augustini Buduensis episcopus, cum fratres heremite sancti Augustini Argentine extra muros residentes absque subsidio et elemosina non valeant sustentari, omnibus contritis et confessis dictis fratribus manum adjutricem porrigentibus sive locum ipsorum devote visitantibus in festivitibus nativitatis domini, epyphanie, cene domini, pasce, ascensionis, penthe-  
 35 costes, dedicationis loci, ecclesie et altarium proprii vocabuli, in quatuor festivitibus*

<sup>a)</sup> *S gratulenti.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 74.*

Str. II.

beate Marie virginis, Johannis baptiste, apostolorum Petri et Pauli, in utroque festo sancti Augustini et sancti Michahelis et in die omnium sanctorum et per omnes octavas predictarum festivitatum, dummodo consensus accesserit dyocesani, ad unumquodque altare 100 dies venialium et quadraginta criminalium de injuncta penitentia relaxat. «cum a vobis petitur.» datum Neurenberch anno domini 1280. 5  
1280 [Nürnberg].

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

78. Albrecht Kage schreibt an die Stadt Straßburg, er stehe mit ihrem Bürger Zorn in Fehde, wünsche aber mit ihr Frieden zu halten. [1266—1280].

Ich Albreth der Kage unbute deme rate<sup>1</sup> von Strazburg und dem meistire und 10  
der gemeinde min dienest. da si der Zorn von Strazburg, der habe mir hûte  
widirseith. nu hete ich mit der stad von Strazburg ein gûte sûne und habe ôch die  
noch hûte dis dages gerne stete. ubir daz so bitte ich uch den meistir und den rath  
und die gemeinde, daz ir mich des versicherent, daz mir von Strazburg nieman nuth  
endû, er widirsage mir ê. ubir daz swaz mich der meistir und her Reinbolt der 15  
Liebencellere drôstet, daruf habe ich mich. und mich und her Zornen mit enander  
lant began, wand ich nieman ger zû dünde wan ime. ubir daz herre her meistir  
und der rat und die gemeinde wissent, obe irs in nith versicherent, daz ir uch ôch  
hûten sulent vor mir und die stad gemeinliche.

[in verso] magistro consulibus et universitati 20  
civium Argentinensium.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23 b or. mb. lit. clausa c. sig. in  
verso impr. laeso. Der Brief gehört seiner Schrift nach in die zweite Hälfte des 13ten  
Jahrhunderts und dürfte seinem Inhalt nach in die Zeit nach dem Bellum Waltheria-  
num zu setzen sein, etwa in die Jahre 1266—1280. Vielleicht steht er mit nr. 3 von  
1267 Februar 1 im Zusammenhang.<sup>1</sup>* 25

79. Die Stadt Breisach schreibt an die Stadt Straßburg, sie habe ihren Bürger Konrad zu Rhein bewogen, gegen Zahlung von fünfzehn Mark Silber die Güter zwei genannter Straßburger Bürger ausliefern zu wollen, außerdem gebe sie Frist bis Mariä Himmelfahrt. [1270—1280]. 30

Honorandis viris . . magistro burgensium consulibus et ceteris civibus Argentinensibus H. scultetus et burgenses de Brisaco quicquid potest sui possibilitas famulatus. noverit vestra providentia, quod ob dilectionem, quam erga vos gessimus et gerimus specialem, Conradum dictum de Reno concivem nostrum induximus, licet ad hoc magna accesserit difficultas, quod, si quindecim marcas argenti apud Brisacum 35

<sup>1</sup> Die Notiz der Annal. Colmar. maj. zum Jahr 1292: scultetus Argentinensis et Zorno cum suis congregati armis invadere voluerunt familiam Kagenegk et Herbonon propter verba quedam injuriosa (Mon. Germ. SS. XVII, 219) dürfte schwerlich hierauf zu beziehen sein.

sibi feceritis exhiberi, extunc continuo bona concivium vestrorum H. Tolewegge et H. dicti Sterne vobis remitti libere faciemus. et sicut petistis, inducias usque ad festum assumptionis beate virginis proxime venturum de residuo indulgemus. quare presentes litteras patentes nostre universitatis sigillo signatas vobis duximus transmittendas.

August 15

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. pat. c. sig. inverso impr. laeso. Das Stück gehört seiner Schrift nach in die zweite Hälfte des 13ten Jahrhunderts und dürfte etwa in die Jahre 1270—80 zu setzen sein. Die Sigle H ist mit Henricus oder Hildebrandus aufzulösen, ersterer ist 1274<sup>1</sup>, letzterer 1277<sup>2</sup> als Schultheiß urkundlich nachweisbar. In diesen Jahren erscheint auch wiederholt Konrad zu Rhein<sup>3</sup>.*

80 **80. Bischof Konrad von Straßburg ermahnt den Ordensmeister der Dominikaner Johannes, die Seelsorge des Straßburger Reuerinnenklosters zu übernehmen. 1281 Februar 17.**

Religioso discreto et venerabili viro fratri Johanni magistro ordinis fratrum  
 15 predicatorum<sup>4</sup> Conradus dei gratia Argentinensis episcopus quicquid potest reverentie  
 cum sincere plenitudine voluntatis. cum dilecte in Christo filie . . priorissa et  
 sorores penitentes extra muros Argentinenses, que, ut publicis probatur testimoniis,  
 ad ordinem sororum sancti Sixti de urbe per sedem apostolicam sub beati Augustini  
 regula sunt recepte, olim quoque per memorie recolende venerabilem patrem Hugonem  
 20 tituli sancte Sabine presbyterum cardinalem tunc apostolice sedis legatum . . priori  
 et conventui domus Argentinensis ordinis vestri commisse exstiterant ab eisdem  
 gubernande sicque appareat evidenter, ut eedem sorores ratione regule constitutionis  
 et commissionis predicti legati spectent ac pertineant ad vestram ac fratrum vestri  
 ordinis custodiam et regimen speciale, nunc, prout diligenti inquisitione indagavimus  
 25 secundum nostri exigentiam officii, sint omni solatio consilii et auxilii spiritualis et  
 temporalis penitus destitute, proinde quod is, qui subjectionem et gubernationem sibi  
 vendicat in eisdem, in remotis est partibus constitutus, que quidem sorores magis  
 necesse habent cottidiano sublevari auxilio per rectoris presentis sollicitudinem, quam  
 quod absentis gubernatoris solacium sine spe remedii inaniter prestolentur, nos, prout  
 30 nostrum requirit officium, hujusmodi earum incommoditatibus, dampnis et periculis  
 salubre adhibere remedium cupientes, ut deinceps divinis serviciis vacare liberioribus  
 valeant animis, vestram providenciam in domino duximus fiducialiter exortandam,  
 quatenus pro dei et nostra reverentia curam predictarum sororum vobis assumere et  
 eas velitis sub vestri ordinis titulo collocare, fratribus vestri ordinis domus Argenti-  
 35 nensis ipsas committendo et mandando, ut eisdem sororibus sollicitudinem talem  
 impendant in spiritualibus et temporalibus, qualem claustris sororum vestrarum circa

<sup>1</sup> Rosmann u. *Ens Geschichte der Stadt Breisach* S. 466.

<sup>2</sup> Schöpflin *Als. dipl. II, 14 nr. 710.*

<sup>3</sup> *Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XIII, 49; Rosmann u. Ens, Schöpflin l. c.*

<sup>4</sup> *Johannes de Vercellis, vergl. Mon. Germ. SS. XVII, 211.*

Argentinam vel alibi impendere consueverunt, preces nostras in hac parte sic favorabiliter admittentes, quod proinde totum ordinem vestrum amplecti debeamus ampliori gratia et favore summusque opilio pro ovium suarum errantium in caulas celestes introductione vobis in celis debeat condignis premiis respondere. datum anno domini 1281 feria secunda post Valentini.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. Auf der Rückseite von wenig späterer Hand magistro ordinis predic[atorum] und der Ziffervermerk III. Diese Nummerung ist, weil sie ziemlich gleichzeitig erfolgt zu sein scheint, für die Einreihung der nr. 85—88 von Bedeutung.*

81. *Bischof Konrad von Straßburg fordert die Straßburger Dominikaner auf, sogleich die Pflege des Reuerinnenklosters zu übernehmen. 1281 Februar 22 Straßburg.*

Cōnradus dei gratia Argentinensis episcopus dilectis in Christo . . priori . . suppriori ac fratribus ordinis predicatorum conventus Argentinensis salutem in domino sempiternam. licet nuper reverendum virum fratrem Jo[hannem] magistrum ordinis vestri requisiverimus per litteras speciales<sup>1</sup>, quatenus curam sibi dilectarum in Christo . . priorisse et sororum monasterii sancte Marie Magdalene extra muros Argentinenses assumeret et ipsas per vos et fratres alios vestri ordinis gubernaret, nos tamen veriti, quod occupatio sua moram induceret, que vergeret in dispendium animarum, placuit nobis cito negotio adhibere remedium opportunum. discrecionem igitur vestram monemus et hortamur in domino ac in augmentum vobis injungimus meritorum, quatenus dictarum . . priorisse et sororum vobis regimen assumatis et illam ipsis auctoritate presentium curam et sollicitudinem inpendatis, quam aliis claustris feminarum vestro ordini commissarum inpendere consuevistis, non obstante contradictione prepositi earundem, cujus supplere defectum et negligentiam volumus ex debito pastoralis officii in hac parte. sententias insuper excommunicationis seu interdicti necnon precepta, si quas vel si qua tulerit idem prepositus in prefatas . . priorissam et sorores capellanos conversos aut conversas earundem, necnon institutiones et destitutiones ab ipso factas seu faciendas decrevimus non tenere, cum nondum nobis constiterit, ut constare debet, quod in nostra diocesi talem possit jurisdictionem in religiosas personas et ecclesiasticas exercere. memoratis ad hec . . priorisse et sororibus districte mandamus, quatenus vobis tanquam salutis ipsarum adjutoribus et suarum patribus animarum reverenter obediant et intendant. in hujus rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. datum Argentine anno domini 1281, 8 kalendas marcii.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. Auf dem Rücken Vermerk IV.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 80.*

32. *Das Reuerinnenkloster zu Straßburg appellirt gegen die Anmaßungen seines Probstes Witicho an den heiligen Stuhl und beauftragt den Cleriker Gerung mit dieser Appellation. 1281 März 15.*

Nos priorissa et conventus sororum ecclesie sancte Marie Magdalene extra  
 5 muros Argentinenses universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod  
 cum olim melioris vite frugem et compendia captarem, regulam et ordinem sororum  
 sancti Syxti de urbe petivimus et obtinuimus a sanctissimo patre ac domino Gregorio  
 tunc sedi apostolice presidente<sup>1</sup>. porro cum sorores ipse, sicut urbi et orbi notum  
 esse potest, per fratres ordinis predicatorum regantur immo disponente sede eadem  
 10 ab inicio regerentur, venerabilis dominus bone memorie Hugo frater ordinis memorati  
 cardinalis existens, cum legationis officio in Alemania fungeretur, nos cure predic-  
 torum fratrum sollicitate commendavit<sup>2</sup> justa motus videlicet ratione, quatenus, cum  
 sororum ipsarum ordinem et regulam servarem, consimili quoque fratrum ipsorum  
 patrocínio gauderemus. fateri autem oportet et testimonium reddere veritati, quod  
 15 antedictis fratribus nos in vita plantantibus doctrina rigantibus amplius cepissemus  
 deo auspice incrementum, si non intercessisset rerum occasio variarum. nam inter  
 cetera dominus Witicho<sup>3</sup>, qui se gessit pro preposito penitentium, se de nobis intro-  
 misit juxta quod sibi placuit gubernandis. ac nos ea, que circa nos fiebant, diligencius  
 advertentes, cum sub languido capite membrorum foret sanitas desperata, ad vocem  
 20 prophetica[m] excitate super vias nostras stetimus, de semitis antiquis interrogavimus  
 nec aliud nobis clamor consciencie respondebat, nisi quod ad locum, unde exissent  
 fulmina, remearent. manum igitur mittentes ad forcias rebus et signis, actu et habitu  
 relinquentes stirpem inutilem, olive pulcre fructifere memorati ordinis forcias inseri  
 et uniri perfectius desideravimus sacre per hoc unctionis et pinguedinis consorcio  
 25 fructure. verum quia humani generis inimicus invidie stimulo<sup>a</sup> agitatus quandoque  
 ut<sup>b</sup> sagitta volans per diem, aliquando ut negocium in tenebris perambulans pietatis  
 operibus adversatur, nos ad convenientis cautele presidium duximus festinandum.  
 ne igitur obstrictiorem vivendi modum nunc electum a nobis, quo, ut speramus,  
 secundum deum creatum novum hominem induimus, dictus prepositus, cujus fugere  
 30 debere conversacionem et gubernacionem in multis experientia facti nos edocuit et  
 vitare, nobis non citatis vel legitime non vocatis, deffensionibus eciam et excep-  
 tionibus contra litteras, quarum auctoritate idem sibi jurisdictionem in nos usurpare  
 presumit, et contra personam suam nobis competentibus non auditis, quas coram eo  
 nos velle proponere protestamur loco et tempore competenti, dictis eciam litteris, quas  
 35 non vidimus, nobis non ostensis, quarum copiam petimus, cum nunquam eam habu-  
 erimus, vel alias juris ordine pretermisso contra nos vel aliquam ex nobis seu  
 monasterium nostrum ulla suspensionis excommunicationis vel interdicti sententias

a) *T* stimulus. b) ursprünglich aut, das a radirt oder verwischt.

<sup>1</sup> Vergl. UB. I, 185 Anmerk. 1.

<sup>2</sup> In den Jahren 1251—1253. Eine darauf bezügliche Urkunde ist nicht erhalten.

<sup>3</sup> Derselbe erscheint 1256 März 1 in einer Urkunde des Reuerinnenklosters als Zeuge. Vergl. UB. I, 298 nr. 397.



fulminet vel aliquit statuat in nostri prejudicium vel gravamen, quod tamen facere non potest nec debet, cum in nos idem jurisdictionem nullam habeat ex eo, quod officio suo dudum renunciavit et per consequens jurisdictioni, si quam in nos aliquando habuisset, nostrumque vel alium ordinem non sit professus et ideo magister esse non possit, qui subesse non novit, juxta canonicas sanctiones, sedem apostolicam presentibus appellamus dantes potestatem Gerungo clerico exhibitori presentium, premissa 5 legendi proponendi et petendi et dictam sedem pro nobis et nostro nomine appellandi in scriptis et eciam viva voce et apostolos petendi, ratum habiture, quicquid idem fecerit in hac parte. in cujus rei testimonium sigilla presentium cum sigillo nostro appendi petimus ad presentes. ego Gerungus predictus protestor exceptiones competentes predictis dominabus contra personam dicti . . . prepositi et contra litteras, quarum auctoritate idem prepositus jurisdictionem in dictas dominas sibi usurpare presumit, et contra jurisdictionem, si quam habere se dicit, me velle proponere coram preposito memorato. et ne idem contra dictas dominas vel earum aliquam aut in monasterium ipsarum ulla sententias fulminet excommunicationis suspensionis vel interdicti vel 15 aliquid statuat in earum prejudicium vel gravamen, eis non citatis vel alias non vocatis legitime et exceptionibus ipsis competentibus contra dictum . . . prepositum et litteras, si quas habet, quas dico esse veritate tacita inpetratas et falsitate suggesta, non auditis vel non admissis seu alias juris ordine non servato, sedem apostolicam nomine dictarum dominarum et pro ipsis appello et apostolos peto, protestans me 20 velle dictam appellationem innovare coram eo, cum primum adeundi ipsum comode habere potero facultatem. nos judex curie Argentinensis et . . . nos iudices curiarum dominorum . . . prepositi . . . cantoris et M[arquardi] scolastici et . . . thesaurarii archidiaconorum ecclesie Argentinensis huic appellationi confitemur nos interfuisse et ad ejus probationem sigilla predictarum curiarum presentibus duximus appendenda. 25 actum et datum anno domini 1281 sabbato ante dominicam, qua cantatur Occuli.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. 6 sig. pend., quorum 4 delapsa.*

83. *Der Prior von Romainmotier löst das Straßburger Domcapitel, das von seinen Einkünften aus der Basler Diöcese den Kreuzzugszehnten entrichtet hat, von allen Strafen, in die es wegen Säumigkeit verfallen sein möchte. 1281 October.* 30

. . . Prior Romani monasterii Lausanensis diocesis universis presentium inspectoribus salutem. cum honorabiles viri capitulum majoris ecclesie Argentinensis de redditibus suis in Basiliensi diocesi situs de decima transmarina satisfecerint collectoribus ejusdem decime in dicta diocesi constitutis, sicut nobis per ipsorum literas constitit evidenter<sup>1</sup>, nos auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa 35

<sup>1</sup> Decanus majoris ecclesie et S[tephanus] prior sancti Albani Basiliensis collectores decime transmarine per Basiliensem diocesim constituti recognoscunt, se a Diethero sacerdote prebendario Argentinensi ex parte capituli Argentinensis 18 marcas argenti recepisse nomine decime transmarine. *Basel 1281 October 4. cop. ch. sec. XVI i. Straßb. Bez. A. G 3466 fol. 79<sup>b</sup>.*

sententias excommunicationis et interdicti, si quas incurrerunt occasione predictae decime debito tempore non solute, presentibus relaxamus et super irregularitate, si quam contraxerunt, eadem auctoritate apostolica dispensamus. datum anno domini 1281 mense octobri.

<sup>5</sup> *B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2716 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

84. *König Rudolf bestätigt dem Straßburger Hospital das von König Konrad III ertheilte Privileg. 1281 November 10 Straßburg.*

Rudolfus<sup>a</sup> dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum. tantus est fervor amoris et caritatis sinceritas, qui erga Christi pauperes nostris  
<sup>10</sup> excanduerunt in cordibus, quod nos caritatem huiusmodi in effectu restringere non  
 valentes ipsam libenter pro nostre salutis augmento ad laudem illius, qui tribuit  
 omnibus habundanter, devotis fidelibus impartimur. noverint igitur presentis etatis  
 homines et future, nos vidisse privilegium inclite recordacionis quondam Conradi  
 regis secundi, predecessoris nostri, pauperibus hospitalis civitatis Argentinensis  
<sup>15</sup> traditum et concessum sub hac forma: [*folgt UB. I Nr. 94*].

Nos itaque predicti regis Conradi inherentes vestigiis et erga pauperes hospitalis  
 predicti, quos in ergastulo paupertatis continua captivat egestas, quodam humane  
 caritatis instinctu misericordiam restringere nescientes predictum privilegium in  
 omnibus et singulis suis articulis, prout superius est expressum, auctoritate regia  
<sup>20</sup> innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo  
 omnino hominum liceat<sup>b</sup> hanc paginam nostre innovacionis et confirmacionis infrin-  
 gere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. quod qui facere presumpserit, gravem  
 nostre majestatis offensam se noverit incurrisse. in cuius rei testimonium presens  
 scriptum conscribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. testes hujus rei  
<sup>25</sup> sunt venerabiles Conradus Argentinensis, Heinricus Basiliensis et Conradus Tullensis  
 episcopi; spectabiles viri Hartmannus de Habspurch et Chiburch, Heinricus de Vurstin-  
 berch, Henricus de Vriburch, Fridericus de Liningen, Johannes de Spanheim et  
 Guntherus de Suartzburch comites; Otto de Ohsinstein, Conradus Wernheri de  
<sup>30</sup> Hadstat, fratres de Rapoltstein, Cono de Bercheim et quamplures alii. signum  
 domini Rudolphi regis Romanorum invictissimi (M.)

Datum Argentine 4 idus novembris indictione 10 anno domini 1281, regni vero  
 nostri anno nono.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 1 nr. 3 or. mb. c. sig. pend. Weißes Wachssiegel an roth-  
 seidenen Schnüren.*

<sup>35</sup> *Regest mit Zeugenangabe darnach i. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XI, 295.*

85. *Cōnradus episcopus Argentinensis mandat sub pena excommunicationis, quatenus super assumpto habitu nemo priorisse et sororibus monasterii sancte Marie*

a) *Rudolfus in Majuskeln geschrieben mit weiten Abständen.* b) *Der obere Strich von a und das t auf Rasur corrigirt.*

Magdalene extra muros Argentinensis molestus sit, nec ex ipsis una eum deponere vel mutare audeat. tunicis et scapularibus albis, palliis vero nigris eas uti jubet. «gaudemus in domino quod in valle.» datum Argentine anno domini 1281. 1281 *Straßburg*.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. laeso. Dorsualvermerk VI.*

5

36. *Bischof Konrad von Straßburg fordert die Reuerinnen auf, gegen unruhige und aufrührerische Schwestern streng vorzugehen, und stellt ihnen dafür die Hilfe seines Officials zur Verfügung. 1281 Straßburg.*

Cōnradus dei gratia Argentinensis episcopus devotis in Christo . . . priorisse et sororibus monasterii sancte Marie Magdalene ordinis sancti Augustini secundum 10 instituta sororum sancti Sixti de urbe viventibus extra muros Argentinenses salutis et gratie continuum incrementum. intelleximus, quod vobis ad frugem melioris vite tendentibus et assumpto novo homine, qui secundum deum creatus est, meliora karismata emulantibus quedam reniti ceperunt sanctitatis proposito detestabili et, que pudorem non decet femineum, pertinacia resistentes. hinc contigit aliquas 15 abscedere et excusso jugo regularis discipline tanquam pullos onagri liberas se putare. quedam vero bona repetentes, que ab ipsis vel earum parentibus vestro collata monasterio annis plurimis possedistis pacifice, dampnationem Ananie et Saphire non verentur; relique vero inter vos herentes querelis, murmurationibus, dolis et machinationibus dura cervice, tanquam deo respondeant: scientiam viarum 20 tuarum nolumus, vos multipliciter inquietant. sicque factum est, ut parabola impleatur ewangelica, prudentibus videlicet virginibus oleum in vasis suis sumentibus, fatue virgines in sponsi non parentur adventum, sed foris stantes in celestibus nuptiis nesciantur. cum igitur juxta officii nostri censuram omnia de regno dei scandala tollere debeamus, id ipsum, quod vobis vestra precipit regula, injungimus 25 et mandamus: hoc est, ut unanimes habitetis in domo et vobis cor unum et una anima sit in deo. auctoritate quoque presentium firmiter prohibemus, ne sorores illas, que recedentes a vobis vestrum consortium contempserunt, recipiatis de cetero sine nostra licentia speciali nec aliqua bona restituatis, assignetis vel concedatis aliquibus personis, que relicto vestro monasterio ad aliam transire volunt religionem 30 vel in seculo remanere. de illis vero, que inter vos manentes et habitum dissimilem deferentes modis variis vos perturbant, taliter ordinamus, quod videlicet infra septem dies a noticia presentium, cum in vestro capitulo lecte erunt, majori et saniori parti congregationis vestre habitu et moribus se conforment. alioquin vos . . . priorissa rebelles in edibus discipline recludite vel de claustro expellite, sicut memorata jubet 35 regula, ne contagione pestifera plures pereant. et si horum aliquid, quod ad correctionem temeritatis vel conservationem honestatis pertinet, vires vestras excedit, ad officialem sive judicem curie nostre fiducialiter recurratis. ipsum enim vobis et vestro monasterio specialem deputamus in hiis scriptis et decernimus defensorem, quatenus ad requisitionem vestram interdicti et excommunicationis sententias ferat 40

in rebelles et publicari in parrochiis faciat, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio braçii secularis, si que vero ausu temerario, postquam a vobis fortassis recesserint, in civitate vel in diocesi nostra latere voluerint seu infrunito animo in publicum se jactare, has per officialem memoratum et per plebanos necnon per  
 5 cappellanos locorum tanquam apostatas denunciari precipimus et expelli. datum Argentine anno domini 1281.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. Dorsualvermerk VII.*

87. Conradus dei gratia Argentinensis episcopus priorisse et sororibus monasterii sancte Marie Magdalene extra muros Argentinenses mandat, quatenus consti-  
 10 tuciones suas constitutionibus a magistro ordinis fratrum predicatorum, cui ab Alexandro papa quarto concessum est, ut constitutiones monialium ordinis sancti Augustini secundum statuta ipsorum fratrum vivencium ad uniformitatem reduceret et corrigeret, correctis conforment et, si ipse magister successivis temporibus aliquid de ipsis corrigere, addere vel mutare voluerit, eandem correctionem devote acci-  
 15 piant. «bene dixit legislator». datum Argentine anno domini 1281. 1281 Straßburg.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 cop. vidim. mb. c. sig. pend. ausgestellt vom Jüdex curie prepositi ecclesie Argentinensis 1286 November 28 Straßburg<sup>1</sup>.*

88. *Bischof Konrad von Straßburg bewilligt dem Reuerinnenkloster, daß es dieselben Rechte und Privilegien genieße wie die sieben Straßburger Frauenklöster.*  
 20 1281 Straßburg.

Conradus dei gratia Argentinensis episcopus devotis in Christo. . priorisse et sororibus monasterii sancte Marie Magdalene extra muros Argentinenses salutis et gratie continuum incrementum. cum et plantare sacram religionem et plantatam fovere modis omnibus teneamur, id studiis probatur impleri competentibus, si per-  
 25 sone deo dedite virga directionis a noxiis retrahantur excessibus et ad viciniore salutis quasi quibusdam premiis invitentur. sane ex parte vestra nobis fuit expositum, quod per negligentiam eorum, qui curam vestri pro tempore habuerunt, admodum paucis vel nullis gaudetis privilegiis, que tamen benignitate solita Romani pontifices vel locorum antistites piis collegiis concedere consueverunt. ex quo non  
 30 solum honestati vestre deperit, immo et utilitati decerpitur, quando tam a clericis quam a laicis conceditur aliis, quod vobis jure vel injuria denegatur. memores igitur, quod ex credita nobis amministrazione vos tanquam novale florigerum fructiferam ad culturam reparavimus et auctore ipso, cujus pater agricola est, domino Jesu Christo olive pulcre et uberi surculum quantum licuit inserere preparavimus,  
 35 vos cure et diligentie. . prioris fratrum ordinis predicatorum ac ipsorum, qui vices ejusdem gerent pro tempore, necnon successoribus eorundem cum succedentibus

<sup>1</sup> Diese Vidimatio umfasst außerdem nr. 86 und nr. 88, die obige Urkunde steht in der Mitte zwischen beiden, hatte also wohl den Vermerk VIII.

vobis fidelissime commendantes, maxime cum beati Augustini regulam profiteamini et instituta sororum sancti Sixti servetis, que sub predictorum fratrum presidio gubernantur, unde ne vos aliis religiosis feminis nostram civitatem sacro claustrorum septenario cingentibus inferiores videamini, que cum ipsis in dei puro ministerio actus et habitus curritis passu pari idem bravium apprehendere cupientes, omnia privilegia, que sorores claustrorum predictorum, videlicet sanctorum Marci Elizabeth Agnetis Katerine Nicholai Margarete Johannis extra muros Argentinenses habent vel habebunt in posterum per se vel unionis causa seu speciali gratia per ordinem fratrum eorundem, sive illa concessa sint a sede apostolica seu per ejusdem sedis legatos vel per locorum ordinarios, sive etiam ab eisdem ipsis in posterum concedantur, vobis concedimus et conferimus presentium per tenorem volentes, quod eisdem privilegiis indulgentiis et graciis utamini intra fines nostre civitatis et diocesis sive ad agendum sive ad excipiendum vel aliter, sub quocumque tenore edita sint, contradictione qualibet non obstante. datum Argentine anno domini 1281.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. Dorsualvermerk VIII.*

89. Frater Albertus ordinis fratrum minorum dei gracia episcopus insule<sup>2</sup> sancte Marie omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam sanctimonialium ordinis fratrum predicatorum Argentine apud sanctam Katherinam in dedicatione et in anniversario dedicationis ipsius sive altarium et patronorum et in quatuor festis precipuis beate Marie virginis et beati Augustini et beati Dominici et beati Petri martyris causa devotionis accesserint, quadraginta dies criminalium de injuncta eis penitentia, accedente consensu Cûnradi Argentinensis episcopi, misericorditer relaxat prohibens, ut presentes littere extra per questionarios non ferantur. «loca sanctorum omnium.» datum Argentine anno domini 1282 in sabbato ante festum trinitatis in generali capitulo nostri ordinis Argentine tunc temporis celebrato.<sup>1</sup> 1282 Mai 23 Straßburg.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 15 or. mb. c. sig. pend.*

90. Cûnradus episcopus Argentinensis archipresbytero vel ejus vices gerenti in Slezstat mandat, ut quosdam clericos et laicos diocesis, qui priorem et fratres ordinis predicatorum conventus Argentinensis verbis et factis offendere non vereantur, ad presentiam suam evocet, fratribus per censuram ecclesiasticam justicie complementum exhibiturus. «ex conquestione dilectorum.» datum in Tabechesteine anno domini 1282 in vigilia Jacobi apostoli. 1282 Juli 24 Dächstein.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend.*

91. Cûnradus episcopus Argentinensis omnibus vere penitentibus, qui ad ecclesiam sancti Stephani in Argentina in dedicatione et in anniversario dedicationis altaris super letenario ecclesie predictae et per octo dies subsequentes, item in festis patro-

<sup>1</sup> Vergl. *Annal. Colmar. maj. (Mon. Germ. SS. XVII, 209).*

normum altaris predicti, item in sex festis nativitatis beati Stephani prothomartyris et inventionis ipsius, beate Athale virginis, sancte Barbare virginis et martyris, beate Odylie virginis atque dedicationis ecclesie sancti Stephani supradicte causa devotionis accesserint, quadraginta dies criminalium et unum annum venialium de injuncta eis  
 5 penitentia relaxat. «loca sanctorum omnium.» datum Argentine anno domini 1282.  
 1282 *Straßburg.*

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2617 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

92. *Die Franciskaner zu Straßburg verpflichten sich der Stadt gegenüber, keinerlei Erbschleicherei zu treiben. 1283 Juli 9.*

10 Wir brüder Dietherich der provincial der minrebrüdere ordens über Tütschelant und brüder Syfrit der gardian und die sammununge der minrebrüdere des huses zü Strazburg tünt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz wir, wie die ersamen herren der meister der rat und die burgere von Strazburg gemeinliche vor uns durch ir zuht selber verjehen hant, daz wir sie noch nie beswertent noch  
 15 erzurndent mit sölichen sachen, also hie nidenan geschriben stânt, doch durch ir liebi und durch ir bete und durch ir fruntschaft globen wir in getruweliche und an alle geverde, daz wir noch nieman, der under uns ist, pfaffe oder leye erben sol uz unserm closter an die welt weder eygin noch erbe noch kein güt, daz die burger von Strazburg anhoret. so globen wir in öch, daz wir nieman underwisent süllent  
 20 noch schaffen underwiset an sinem tobtette, daz uns burger oder burgerin zü Strazburg ir eygen oder ir erbe gebent oder besetztent, also daz die rehten erben damit verderbet und enterbet sint. wir globent öch, daz wir kein güt eigin noch erbe, daz die burgere oder burgerin von Strazburg anhört und uns besetztent oder gegeben wirt, also verköffen süllent oder verandern mit der gedinge, daz es da nach wider an uns  
 25 oder an anders ieman von unsern wegen gevalle, wenne daz wirs schaffen süllent verköffen an alle geverde, und daz wir mit allen dingen liepliche und gütliche mit in lebent, wande öch sie und ir vordern uns und unserm orden ie gütliche und früntliche hant getän und allerwege tünt von iren gnäden. so globen wir in mit güten truwen, daz wir ir fründe, die burgere sint zü Strazburg, die under ahtzehen  
 30 jaren sint, so verre so wir mit gotte iemer mügent, niht empfohen wellent in unsern orden, und wellent uns hüten, daz wir sie daran nit beswerent, so verre so wir iemer mit gotte und mit unsers ordens eren mügent, ez ensie denne der nehsten fründe güt wille. daz diz war sie und stete blibe, darumbe sint unsere ingesigele dez vorgebanten provincials und dez huses zü Strazburg an disen brief gehencket  
 35 zü einem urkünde. dis geschach an dem fritdage nach Ulrici, da von gottes gebürte warent tusent jar zweihundert jar und drú und ahtzig jare.

*S aus Straßb. St. A Briefbuch A fol. 37<sup>b</sup> mit der Ueberschrift: daz die barfüszten durch iren güten willen und mütwillekliche sich verbunden hant, alle die stücke zü haltende, die die stat an sie vorderte, wande sie der stat und den burgern damit willen woltent.*

40 *Gedruckt ebendarnach bei Schöpflin Als. dipl. II, 27 nr. 737 und Hegel D. St. Chron. IX, 972 im Auszug.*

93. Die Franciskaner zu Straßburg beurkunden ihre Verpflichtungen der Stadt gegenüber betreffend Erbschleicherei. 1283 [Juli 9].

Nos frater Theodericus fratrum minorum Alemanie provincialis minister et servus, frater Sifridus gardianus totusque conventus domus Argentinensis notum facimus universis, ad quos pervenerit noticia subscriptorum, quod nos venerabilibus in Christo dominis . . magistro consulibus ac universitati civitatis Argentinensis predicte dedimus litteras de verbo ad verbum tenorem hujusmodi continentes<sup>1</sup>: nos frater Theodericus minister et servus fratrum minorum Alamanie et frater Sifridus gardianus totusque conventus fratrum minorum in Argentina notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, licet honorabiles domini . . magister et consules ac universitas civitatis Argentinensis a nobis nunquam molestati vel offensi fuerint in articulis infrascriptis, prout etiam ipsi ob eorum meram honestatem et urbanitatem recognoverunt communiter coram nobis ac publice sunt professi, nos tamen ob eorum amicitiam et favorem ac instanciam seriosam ipsis promittimus et promisimus bona fide, omni dolo et fraude circumscriptis penitus et exclusis, quod nos vel fratres nostri aliqui, sive sint clerici sive layci, ab aliquo cive Argentinensi nobis quacumque consanguinitatis linea attinente nunquam petemus sive de mobilibus sive de immobilibus jure successionis hereditariam portionem. item promissimus et promittimus per presentes, quod nunquam per nos vel per alios civem aliquem Argentinensem virum vel mulierem in lecto egritudinis constitutum inducemus vel induci procurabimus, ut omnia bona sua mobilia et immobilia pro anime sue remedio nobis leget, ita quod heredes sui legitimi portione legitima penitus defraudentur. promissimus eciam et promittimus, quod, si aliquis civis Argentinensis possessionem immobilem aut domum aliquam usibus seu necessitati fratrum deputaverit, nos possessionem illam aut domum vendi procurabimus absolute et simpliciter absque omni condicione et pacto tali videlicet, quod post mortem ementis ad nos vel quemcumque nomine nostro iterum revertatur. porro ut dictorum dominorum favor et gratia, quam nobis multis retroactis temporibus magnis et variis beneficiis multipliciter ostenderunt, erga nos inviolabiliter perseveret et pax inter nos et ipsos in perpetuum conservetur, promissimus et promittimus dominis memoratis, quod nunquam aliquem juvenem<sup>a</sup> filium<sup>b</sup> alicujus civis Argentinensis infra decimum octavum etatis sue annum, quantum cum deo possumus, et salva nostri ordinis honestate ad ordinem nostrum recipiemus nec de parentum seu consanguineorum suorum proximorum beneplacito et assensu<sup>2</sup>. in hujus rei testimonium et perpetuam firmitatem

a) S juv auf Rasur.    b) S die letzten vier Striche des filium auf Rasur.

<sup>1</sup> Die folgende Urkunde ist die lateinische Version von nr. 92. Es lässt sich jetzt nicht mehr entscheiden, ob der ursprüngliche Text der Verpflichtung, welche die Franciskaner der Stadt gegenüber eingingen, deutsch oder lateinisch war. Für das erste spricht das genaue Datum, das hier fehlt, eine gewisse Freiheit des Ausdrucks und ferner das in nr. 120 inserirte Stück, bei dem allerdings auch das Datum mangelt. Deshalb sind beide Versionen gegeben, die deutsche freilich in der Sprache des ausgehenden 14. Jahrhunderts.

<sup>2</sup> Ist die Form des Ausdrucks nur ungeschickt oder ist hier das Gegentheil von der deutschen Fassung gesagt?

sigilla nostra, mei scilicet prefati ministri et conventus fratrum minorum in Argentina presentibus sunt appensa. datum anno 1283.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 48 or. mb. c. 2 sig. pend. Zwei gut erhaltene ovale Siegel, das erste mit der Legende s. ministri minorum fratrum Alemanie und der Umschrift mi pater non mea voluntas, sed tua fiat, darunter quer apostoli dormientes; das zweite mit der Legende s. fratrum minorum de Argentina.*

*Im Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 2 vidim. mb. c. sig. pend. delaps. ausgestellt von Meister und Rath der Stadt Straßburg 1287 Mai 28.*

*Die Urkunde ist jedenfalls am 9. Juli 1283 oder sehr bald nachher ausgestellt worden. Vergl. nr. 92.*

94. Sifridus archiepiscopus Coloniensis archipresbitero in Muscech mandat, ut viceplebanum in Mollesheim, qui contra fratres predicatores Argentinenses infestum se habuerit, ad responsionem querimonie citet. «ex conquestione dilectorum». datum Colonie sequenti die beati Francisci anno domini 1283. 1283 October 5 Köln.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

95. Frater Johannes Lettoviensis episcopus ordinis domus Theutonice, cum fratres heremitarum ordinis sancti Augustini in Argentina ecclesiam et alia eis competentia edificia edificare inceperint, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis manum adjutricem porrexerint seu locum ipsorum visitaverint in festivitibus beate virginis Marie, in festo corporis Christi, in festis quoque dedicationum et beati Augustini ac per octavas eorundem, quadraginta dies de injuncta eis penitentia relaxat, dummodo consensus dyocesani accedat. «quoniam ut ait apostolus». datum in Brisaco anno domini 1284 in festo beati Augustini episcopi. 1284 August 28 Breisach.

*T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. sig. pend. mutil.<sup>1</sup>*

96. Indulgenzbrief Bischof Konrads von Toul, in dem er beurkundet, daß er den Kirchhof des St. Katherinenklosters zu Straßburg geweiht und den Weihstag des Klosters auf den Sonntag nach Kreuzerhöhung verlegt habe. 1284 October 31 Straßburg.

Frater Cünradus ordinis fratrum minorum dei gracia Tullensis ecclesie episcopus universis presentem litteram inspecturis salutem in domino Jesu Christo.

<sup>1</sup> Ebenda befinden sich im Original zwei gleichlautende Indulgenzbriege für die Straßburger Augustiner, beide auf gleichem Pergament und, wie es scheint, von einer Hand geschrieben. Dieselben sind ausgestellt von Bischof Heinrich von Trient und Bischof Konrad von Toul 1287 April 10 (feria 5 ante dominicam Quasimodogeniti) für Alle diejenigen, welche der Kirche hilfreiche Hand leisten oder dieselbe an den Marienfesten, Kirchweihen, Weihnachten, Ostern, Pfingsten, Allerheiligen, Frohnleichnam (in festo preciosi corporis Christi), an den Festen des heiligen Augustin und den besondern Festen der Kirche besuchen werden.



universitati vestre notum esse volumus, nos cymiterium sanctimonialium in Christo devotarum monasterii sancte Katerine sub cura fratrum ordinis predicatorum extra muros Argentinenses degencium de mandato et beneplacito venerabilis domini Cūn-radi Argentinensis episcopi, in cujus dyocesi constitute sunt, anno ab incarnatione  
*October 31* domini 1284 in vigilia omnium sanctorum consecrasse et anniversarium diem dedi- 5  
 cacionis ejusdem monasterii de mandato litterarum ejusdem venerabilis domini dyo-  
*September 11* cesani in alium diem magis congruum, scilicet in dominicam proximam post festum  
 exaltacionis sancte crucis sequentem ad devotam petitionem dictarum sanctimonia-  
*November 25* lium transtulisse. ut autem ipsum monasterium in anniversario festo dedicacionis et  
 in festo sancte Katerine ibidem patrone et per octabas dictorum festorum devocius 10  
 a Christi fidelibus visitetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsum  
 causa devocionis tunc accesserint, nos de omnipotentis dei confisi misericordia et  
 de beneplacito ejusdem dyocesani annum et karrinam misericorditer impertimur.  
 datum Argentine anno domini 1284 in vigilia omnium sanctorum.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 25 or. mb. c. sig. pend. mutil.*

15

97. *König Rudolf schreibt dem Landgrafen des Niederelsaß, daß er nicht befugt sei, die Bürger von Straßburg gerichtlich zu belangen. 1284 November 2 vor Waldeck.*

Rūdolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro lantgravio Alsacie inferioris fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum. strennui et 20  
 prudentes viri cives Argentinenses fideles nostri dilecti querelose nobis suis litteris intimarunt, quod tu tua volens uti jurisdictione ipsos cives Argentinenses in causis et questionibus sibi motis coram te proscribis et proscricionis sentenciis implicas et involvis. in quo scias te injuriari eisdem, cum sic et in tantum liberati<sup>a</sup> sint predicti cives Argentinenses, quod nullius lantgravii proscricionis sentencie debeant 25  
 subjacere. datum ante Waldecke 4 nonas novembris regni nostri anno 12.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 146<sup>b</sup> mit der Ueberschrift daz der lantgrafe in Elsz von den burgern von Strazburg nit rihten sol.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Coll. arch. p. 60 und Schöpflin Als. dipl. II, 28 nr. 740. — Böhmcr R. Rud. nr. 803.*

30

98. *Bischof Heinrich von Regensburg gibt dem Prior und Subprior der Straßburger Dominikaner den Auftrag, die Straßburger Bürger Rudolf und Heinrich Lenzelin, welche für ihre Gewaltthat gegen das St. Margarethenkloster volle Genußthuung gegeben, von dem Bannspruch zu lösen. 1284 Regensburg.*

Heinricus dei gratia Ratisponensis ecclesie episcopus viris religiosis. . priori vel 35  
 subpriori fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis salutem in domino

a) S libertati.

sempiternam. quia, prout nobis relatum est, Rudolfus et Heinricus dicti Lenzelin cives Argentinenses pro violencia commissa in claustro sororum sancte Margarete extra muros Argentinenses plene satisfecerunt, conveniens est, ut absolutionem a sententia excommunicationis, quam per hujusmodi violenciam incurrerant, ad petitionum suarum instanciam consequantur. vobis igitur auctoritate sedis apostolice, qua fungimur in hac parte, conservatores videlicet privilegiorum vestri ordinis constituti, committimus per presentes, quatenus dictis *Rudolfo* et *Heinrico* et aliis, si qui indigent hujusmodi gratia in hoc facto, injuncta eis penitencia competenti absolucionis beneficium impendatis. datum Ratispone anno domini 1284.

<sup>10</sup> *T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend.*

*99. Herzog Friedrich von Lothringen verzichtet der Stadt Straßburg gegenüber auf alle Forderungen bezüglich der Einnahme des Ochsensteins u. A. 1285 Mai 2.*

Nos Fridericus dei gratia dux Luthoringie notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos sponte et liberaliter omnia dampna et gravamina nostris fidelibus Dietrico, Hessoni, Anshelmo et Gotzoni advocatis de Wasselnheim in expugnatione castris de Ohsenstein<sup>1</sup> et quecunque alia dampna eisdem nostris fidelibus illata usque in diem hodiernam per cives Argentinenses, pro nobis et omnibus nostris in perpetuum heredibus relaxamus et remittimus puro corde promittentes pro nobis et nostris heredibus, quod propter hujusmodi dampna predictis civibus Argentinensibus nullum umquam dampnum aut molestiam inferemus aut inferri aliquatenus faciemus. in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. datum in vigilia ascensionis domini anno 1285.

*S aus Straßb. St. A. Gew. u. d. Pfalz lad. 198 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 100<sup>a</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 32 nr. 746.*

<sup>25</sup> *100. Die Vögte von Wasselnheim verzichten der Stadt Straßburg gegenüber auf jeden Schadenersatz in der Fehde zwischen ihnen einer-, und dem Bischof von Straßburg wie dem Landvogt andrerseits. 1285 Mai 2.*

Wir Dietrich, Hesso und Anshelm der Heidene und Gotzelman die vöte von Wasselnheim tünt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent, daz wir vur uns und vur alle unser erben varn lant mit luterem hercen allen den schaden und alle die biswürde, die uns widervarn ist an deme huse ze Ohsenstein, und swa er uns anderswa geschehen ist unce an disen tag hute von den burgeren von Strazburg gemeinliche oder sunderlingen in deme urlüge, das uferstanden ist zwischent unsereme herren bischof Conrate von Strazburg und deme lantvöte einsite und uns andersite, und gelobent in unverscheidenliche, das wir umbe die getat und

<sup>1</sup> Vergl. *Annal. Colmar. maj.* (Mon. Germ. SS. XVII, 211).

umbe solichen schaden, als uns ze Ohsenstein an deme huse und anderswa wider-  
varn ist von den burgeren von Strazburg, weder wir noch unser erben den burgeren  
von Strazburg leit noch schaden sulnt getün noch schaffen getan. daz dis war si  
und stete blibe, derumbe geben wir in disen brief versigelt mit unseren ingesigeln  
zeime urkunde. dis geschach an deme schön nön abende, da von gots geburte 5  
warent tusent jar zweihundert jar und vunfi und ahzig jar.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1396 or. mb. c. 4 sig. pend., quorum 2 delaps. Erhalten die  
Siegel der beiden Wasselnheimer Vögte Hesso und Anselm. Es ist ein fünfter Siegel-  
schnitt vorhanden; doch befindet sich an diesem nicht auf der Rückseite das sonst  
stehende R[egistrata].* 10

101. Pabst Honorius IV befiehlt dem Bischof von Straßburg, dem Dekan der  
Speierer und dem Sängler der Haslacher Kirche, daß sie die Klage des Straßburger  
St. Elisabethklosters, es werde von der Stadt unrechtmäßig verhindert, sich inner-  
halb der Stadtmauern zu verlegen, untersuchen sollen. 1285 September 1 Tivoli.

Honorius episcopus servus servorum dei venerabili<sup>a</sup> fratri . . . episcopo Argen-  
tinensi et dilectis filiis . . . decano Spirensis ac . . . cantori Hasilacensis Argentinensis  
diocesis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. dilecte in Christo  
filie . . . priorissa et conventus monasterii sancte Elisabeth extra muros civitatis Argen-  
tinensis ordinis sancti Augustini secundum instituta fratrum ordinis predicatorum  
videntes nobis conquerendo monstrarunt, quod, cum ipse, que propter inundationes 20  
aquarum illuc confluentium et alias incommoditates multiplices nequeunt in loco ipso  
morari, ad quendam fundum suum, quem infra dictam civitatem obtinent, velint  
obtentam super hoc diocesani licentia se transferre, cives Argentinenses eas, prout  
sibi licet, quominus se<sup>b</sup> illuc transferre valeant, contra justitiam impedire presumunt<sup>1</sup>.  
quare pro parte ipsarum humiliter petebatur a nobis, ut providere sibi super hoc 25  
de oportuna exhibitione justitie curarem. quocirca discretioni vestre per apostolica  
scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde pro-  
positis, quod justum fuerit, appellatione postposita decernatis facientes, quod decre-  
veritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso, ne in universitatem  
civitatis predictae excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi a nobis 30  
super hoc mandatum receperitis speciale. testes autem, qui fuerint nominati, si se  
gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis  
veritati testimonium perhibere. quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse,  
tu frater episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. datum Tibure  
kalendis septembris pontificatus nostri anno primo. 35

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 90 fasc. 6 or. mb. Bulle an Hanfshmur. Oben in der Ecke  
rechts An zweimal schräg durchstrichen; unter dem Bug links Kostenvermerk - - - -;  
auf dem Bug rechts Sy. Voñ (?) Rückvermerk in Doppelrahmen mit Kreuz darüber  
Nic[olaus] Waldini.*

a) *H venerali.* b) *eas — so auf Rosur, mit blässer Dinte auf einen Raum für etwa zwei Worte 40  
gedrängt, von denen nur noch einige i-Striche sichtbar sind, wohl gleichzeitige Correctur.*

<sup>1</sup> Vergl. die ähnliche Klage des St. Katherinenklosters im Jahr 1265, UB. I, 455 nr. 602.

102. Fridericus Senogaliensis, Bernardus Visentinus, Angelus Melfitensis<sup>1</sup>, Tholomeus Sandonensis, Valdebrunus Aveloniensis et Glavinicensis<sup>2</sup> et Johannes Avellinus episcopi cupientes, ut monasterium sanctimonialium sancte Elyzabeth ordinis predicatorum in Argentina congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et  
 5 confessis, qui ad monasterium ipsum causa devotionis accesserint et ad fabricam ejusdem manum porrexerint adjutricem, singuli singulas quadragenas annis singulis de injuncta penitencia misericorditer relaxant, dummodo voluntas dyocesani accesserit. « licet is de cujus munere. » datum Tybure kalendis septembris anno nati-  
 10 vitanis domini 1285, pontificatus domini nostri Honorii pape quarti anno primo. 1285  
 10 *September 1 Tivoli.*

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 90 fasc. 4 or. mb. c. 5 sig. pend.*

103. *Pabst Honorius IV trägt dem Dekan der Kirche von St. German zu Speier auf, dem Straßburger St. Marakloster wieder zum Besitz seiner unrechtmäßig entfremdeten Güter zu verhelfen. 1285 September 22 Tivoli.*

15 Honorius episcopus servus servorum dei dilecto filio.. decano ecclesie de sancto Germano Spirensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecte in Christo filie.. priorissa et conventus monasterii sancti Marci extra muros Argentinenses ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes quam alie, que in dicto monasterio  
 20 precesserunt, easdem decimas terras possessiones redditus domos casalia vineas prata molendina jura jurisdictiones et quedam alia bona ejusdem monasterii datis super hoc litteris, interpositis juramentis, factis renuntiationibus et penis adjectis in gravem ejusdem monasterii lesionem nonnullis et clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel  
 25 sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. nos itaque volentes eidem monasterio super hoc paterna sollicitudine providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ejusdem monasterii per concessionem hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris penis  
 30 juramentis renuntiationibus et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem ipsius monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. datum Tibure 10 kalendas octobris pontificatus nostri anno  
 35 primo<sup>3</sup>.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 13 or. mb. Bulle an Hanfschmur. Links unterm Bug Kostenvermerk . . . , darunter — O. laud[unensis]. Auf dem Bug rechts h pd mit Abkürzungsstrich durch d. Auf dem Rücken in doppeltem Rahmen n. Waldini.*

<sup>1</sup> *Nach der Siegellegende Melfitensis, wohl Bischof von Molfetta.*

<sup>2</sup> *Nach der Siegellegende: Glavinicensis.*

<sup>3</sup> *Genau dasselbe, nur in knapperer Fassung ordnet ein zweites Breve des Pabstes Honorius IV Str. II.*

104. Honorius papa IV mandat preposito ecclesie Honagensis, quatinus ea, que de bonis monasterii sancte Katerine extra muros Argentinenses ordinis sancti Augustini sub cura fratrum ordinis predicatorum viventis alienata invenerit illicite vel distracta, ad jus et proprietatem legitime revocare procuret, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita conpescendo. «dilectarum in Christo filiarum.» datum Tibure kalendis octobris pontificatus nostri anno primo. 1285  
*October 1 Tivoli.*

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 12 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts in der Ecke der Vermerk an zweimal schräg durchstrichen; auf dem Bug rechts Jác de Rát. Auf der Rückseite im Doppelrahmen mit Kreuz darüber der Vermerk n. Waldini.*

105. Werner von der Mosel, Bürger von Speier, bekennt von der Stadt Straßburg vollen Schadenersatz für ein Schiff erhalten zu haben. 1285 November 16.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod ego Wernherus civis Spirensis dictus de Mosella pro me et omnibus meis heredibus remitto omnem actionem michi competentem et competituram contra universitatem et singularitatem civium Argentinensium pro nave magna michi per eos perdita et pro dampnis et negligenciis, que michi occasione ejusdem navis perditae emerserunt, quoniam iidem cives michi eandem navem integraliter persolverunt cum decem et octo libris denariorum Argentinensium. quas michi pro eadem nave et dampnis universis per ipsos. cives confiteor assignatas. in cujus rei testimonium sigillum civitatis Spirensis presenti scripto meis precibus est appensum. datum anno domini 1285 feria sexta post Martini.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend.*

106. Frater Rainaldus archiepiscopus Messanensis, frater Waldebrunus Avelonensis episcopus, Bernardus Vizentinus episcopus, frater Romanus Croensis episcopus, Obertus Astensis episcopus, Rodericus Segobiensis episcopus, frater Petrus Dragoniensis episcopus, Perronus Larinensis episcopus, Fredolinus Aniciensis episcopus, Leo Calamonensis episcopus cupientes, ut ecclesia sororum inclusarum sancti Marci ewangeliste secundum regulam sancti Augustini et constitutiones fratrum predicatorum vivencium in Argentina congruis honoribus veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam causa devocionis in diebus subscriptis,

*an. 1285 October 1 Tivoli. Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 18 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben in der Ecke rechts durchstrichen an, auf dem Bug rechts Jac. de Rát. Rückvermerk im doppelten Rahmen mit Kreuz darüber n. Waldini.*

*Den gleichen Wortlaut wie nr. 103 und dieselbe Datirung haben zwei Breve desselben Pabstes für das Kloster St. Elisabeth, gerichtet an den Scholasticus von St. Thomas zu Straßburg, und für das Kloster St. Johannes gerichtet an den Abt von Maursmünster. Beide im Straßb. Hosp. A. lad. 90 fasc. 5 und fasc. 17 sind Originale mit Bulle an Hanfschnur, haben denselben Kostenvermerk links unterm Bug, dieselben Vermerke rechts auf dem Bug und auf dem Rücken wie nr. 103. Nur das Breve für St. Johannes hat allein oben rechts in der Ecke zweimal schräg durchstrichen An.*

videlicet festivitatum gloriose virginis Marie, sancti Marci ewangeliste, beati Petri martiris et beati Dominici et Augustini confessorum, dedicationis ecclesie prefate et altarium<sup>a</sup> accesserint, singuli singulas quadragenas de injunctis penitenciis, dummodo dyocesani consensus accesserit, relaxant. «licet is de cuius munere.» datum Rome  
 5 anno domini 1285, pontificatus domini Honorii pape quarti anno primo. 1285 Rom.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 30 or. mb. c. 10 sig. pend.*

107. Hugo von Spangen schließt mit der Stadt Straßburg eine Sühne. 1286 April 23.

Ich Hug von Spangen tū kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehörent,  
 10 daz ich mit den burgeren von Strazburg gemeinliche bin lüterliche vesūnet umb  
 alle vorderunge, die ich gegen in möhte han von mins vattere wegen. dise sūne  
 han ich geschworn vur mich unde vur minen brüder unde vur alle mine friund stete ze  
 habenne iemerme unde gelobe, daz ich den burgeren von Strazburg umbe dise getat  
 niemer leit noch schaden noch laster sol getūn noch schaffen getan. herumbe han  
 15 wir Johannes der lantgrave ze Elsz durch sine bette unsere ingesigele an disen  
 brief gehenket zeime urkunde. dis geschach an sante Gerien tage, da von gots  
 geburte warent zwelf hundert jar unde sehzi und ahzig jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. lit. pat. s. sig. Der untere Rand der Urkunde ist verschnitten.*

20 108. Frater Reynaldus archiepiscopus Messanensis, episcopi<sup>b</sup> Rodericus Segobiensis,  
 frater Romanus Croensis, Fredolinus Aniciensis, Peronus Larinensis, Raymundus  
 Marsiliensis, Leo Calamonensis, Egidius Turciburensis, frater Romanus Alifanus,  
 Bernhardus Vincentinus, frater Waldebrunus Avellonensis, Petrus Wibergensis  
 cupientes, sororum inclusarum ordinis sancti Augustini secundum constitutiones  
 25 fratrum predicatorum vivencium ecclesias in provincia Theutonie congruis honoribus  
 venerari, omnibus penitentibus et confessis, qui jam dictas ecclesias in festis  
 subscriptis, videlicet in festo sancte Trinitatis, in singulis festivitibus beate  
 virginis, Johannis baptiste, Petri et Pauli apostolorum, Johannis apostoli  
 et ewangeliste, Petri martiris, Augustini, Nycolai et Dominici confessorum, Marie  
 30 Magdalene, Katherine virginis et martyris et in die consecrationis ecclesiarum vel  
 altarium ipsarum et in anniversariis et in festis patronorum ecclesie et per octavas  
 earundem causa devocionis accesserint sive manum porrexerint adjutricem, singuli  
 singulas quadraginta dierum indulgencias de injunctis penitenciis, dummodo metro-  
 politani vel dyocesani consensus accesserit, misericorditer relaxant. «licet is de cuius  
 35 munere». datum Rome anno domini 1286 pontificatus domini Honorii pape quarti  
 anno primo. 1286 [cor Mai 20] Rom.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 16 inserirt der Bestätigungsurkunde Bischof Konrads für das St. Katherinenkloster 1286 Juli 15 (in die sancte Margarete) Straßburg. or. mb. c. sig. pend.*

40 a) H altariorum. b) H stellt um episcopi Messanensis.

109. Frater Heinricus Maguntine ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius, cum, sicut in persona propria prospexit, ad complendam fabricam Argentinensis ecclesie quam plurimum sumptuosam fidelium subsidiis indigeat adjuvari, omnibus vere penitentibus et confessis, qui pias elemosinas et caritatis subsidia dicte fabrice erogaverint, quadraginta dies de injuncta eis penitencia relaxat. «quoniam ut ait apostolus». datum Argentine anno domini 1286, 2 kalendas augusti. 1286 Juli 31 Straßburg.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 210<sup>a</sup> cop. chart. sec. XV.*

110. Kuno von Bergheim der alte schwört der Stadt Straßburg den Eid als Außbürger. 1286 August 27.

Ich Cüne von Bercheim der alte ein burgere von Strasburg dü kund allen den, die disen brief gesehent oder gehörent lesen, daz ich han geschworn deme meistire unde deme rate von Strasburg, daz ich sol sitzen mit hüse ze Strasburg also ein reht burgere, swenne so su mich manent oder gemanit wurde von iren wegen. unde swenne su mich dez irlant, so sol ich duse sitzen. ich gelobe och, daz ich in sol beholfen sin unde su sol in mine vestinen lazzen, swenne es in not düt zü urlugende. unde sulent su mir och beholfen sin da widere also einnime burgere, swenne ez mir not düt unde reht habe. dis gelobe ich bi deme eide, den ich han drumbe getan. unde daz diz war si unde stete blibe, so han ich Cüne der vorgenante von Bercheim min ingesigel gehenkit an disen brief.<sup>a</sup> diz geschach da von gottes geburte was tusent jar zweihundert jar unde sehze unde ahtzig jar an dem zisdage nach sancte Simphoriani.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 112 or. mb. c. sig. pend. delapso. Die wechselnde Form des z, welche die Urkunde characterisirt, ist nicht wiedergegeben.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 253<sup>a</sup> ibid. bei Wencker Diss. de pfalburg. p. 123 und Hegel D. St. Chron. IX, 1035, dem ich mich bezüglich der Datirung anschließe.*

III. Johannes Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus, cum magister et consules civium civitatis ac magistri fabrice ecclesie beate Marie Argentinensis, sicut insinuare curarunt, ecclesiam ipsam jam dudum nobili structura inceptam proponant consumare opere sumptuoso et ad ipsius consumacionem operis fidelium suffragia noscantur plurimum oportuna, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad opus hujusmodi pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogaverint, quadraginta dies de injuncta eis penitencia relaxat litterasque per questionarios mitti inhibet, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernens. «quoniam ut ait apostolus.» datum Argentine 8 idus novembris pontificatus domini Honorii pape quarti anno secundo. 1286 November 6 Straßburg.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 216<sup>b</sup> cop. chart. sec. XV.*

a) *S add.* gehenkit.

112. *Der päpstliche Legat Johannes bestätigt alle der Straßburger Münsterfabrik bewilligten Indulgenzen. 1286 November 6 Straßburg.*

Johannes miseracione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus dilectis in Christo magistro et consulibus civium et magistris fabrice ecclesie sancte Marie Argentinensis salutem in domino. cupientes, ut fabrica ecclesie vestre Argentinensis, quam dudum cepistis edificare opere plurimum sumptuoso, celerem dante domino consequatur effectum, indulgencias a venerabilibus in Christo patribus archiepiscopis et episcopis infra nostre legacionis terminos constitutis ad consumacionem ipsius operis manum porrigentibus adjutricem provide pieque concessas auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Argentine 8 idus novembris pontificatus domini Honorii pape quarti anno secundo.

15 *F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 217<sup>a</sup> cop. chart. sec. XV.*

113. *Der päpstliche Legat Johannes bewilligt der Stadt Straßburg, daß der ihr zuständige Frühaltar im Münster nur von einem Interdictsspruch betroffen werden kann, der diese Indulgenz ausdrücklich erwähnt. 1286 November 7 Straßburg.*

20 Johannes miseracione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus dilectis in Christo . . magistro consulibus et universitati civium Argentinensium salutem in domino sempiternam. multe ac sincere devotionis affectus, quam ad sacrosantam Romanam ecclesiam geritis, nos inducit, ut petitionibus vestris beningnum prestantes assensum eas, quantum cum deo et honestate possimus, ad exauditionis gratiam admittamus<sup>a</sup>. nos igitur vestris devotis supplicationibus inclinati auctoritate vobis, qua fungimur, indulgemus, ut in altari civitatis vestre in ecclesia beate Marie Argentinensi, quod altare dicitur mane altare et ad collationem civium dicitur pertinere, auctoritate litterarum nostrarum vel delegatorum nostrorum divina officia suspendi vel interdicti nequeant absque mandato nostro spetiali faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem<sup>1</sup>. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel [ei]<sup>b</sup> ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Argentine 7 idus novembris pontificatus domini Honorii pape quarti anno secundo.

35 *S aus Straßb. St. A. GG or. nb. c. sig. pend. Links unten am Bug . X. Auf dem Rücken der, wie es scheint, von gleicher Hand wie im Text längsseitig geschriebene Vermerk det[ur] magistro Yringo.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 9<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Coll. arch. p. 471 nr. 3.*

a) Hier wie noch bei andern Worten z. B. litterarum hat it das Aussehen von et. b) S Loch im Pergament.

40 <sup>1</sup> Dieselbe Indulgenz wurde der Stadt schon 1252 Juli 31 vom Cardinallegaten Hugo bewilligt. Vergl. UB. I, 278 nr. 365.



114. *Der päpstliche Legat Johannes fordert die Stadt Straßburg auf, von den Gewaltthätigkeiten gegen die Dominikaner daselbst abzustehen und ihnen binnen drei Tagen nach Empfang der Aufforderung ausreichende Genugthuung zu geben, widrigenfalls er sie mit dem Interdict belegen werde. 1287 Mai 14 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus nobilibus viris . . . magistro consulibus et universitati civitatis Argentinensis salutem in domino. nostro nuper auditui horribilis et piis detestanda mentibus de vobis est oblata querela, quam referentes horrescimus, et non immerito, qui partium Alamannie curam gerimus fidelium animarum, si conquestio veritatis fulciatur suffragio, in nostris precordiis perturbamur, cernentes proch dolor inimicum humani generis sic in discordie cultura proficere, ut fideles provocet tam dire tam aspere contra fidei professores. siquidem eadem querela continebat, quod vos, qui semper inter alios partium istarum fideles erga deum et ecclesiam Christi sanguine dedicatam operum laudabilium exhibitione in puritate fidei claruistis, ad tantam prorupistis furoris audaciam, quod viros sancte religionis priorem et conventum Argentinenses predicatorum ordinis, quem ordinem universalis ecclesia, cujus in partibus istis vices gerimus, prosequitur affectibus intimis pro eo, quod inter ceteras sacras religiones deo et apostolice sedi devotas claret devotione conspicua, viros producens beate vite cultores catholice fidei et ipsius assiduos professores, eorundem sedis et ordinis reverentia pretermissa, immaniter pertractantes, violenter domos ipsorum fratrum cum securibus et horrendis clamoribus invasistis frangendo ipsius domus ostia aliasque fratribus ipsis multiplices injurias irrogando et, quod est immanius, ipsos, ut dicitur, undique reclusistis, ne ad ipsos pateat fidelibus accessus et eis omnino prohibeatur egressus, ea sola occasione, quod ipsi prior et fratres noluerunt, prout nec debuerunt nec debent a nobis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis districte prohibiti, vobis promittere, ut de omnibus donatis vel legatis eisdem fratribus coram vobis agerent et responderent in jure et sine parentum consensu novicium nullum reciperent, domos etiam quoquomodo eis traditas venderent quodque nullius testamentum ordinandum reciperent sine consensu propinquorum quatuor morientis<sup>1</sup>. attendat itaque vestra fidelitas, si debuit ex hoc tanta laxari sevicia, ut sic vestre fidei claritas excandessceret in fidei professores. hoc igitur omnino grave gerentes et preterire silentio nequeunt, universitatem vestram monemus rogamus et ortamur vobis qua fungimur auctoritate precipientes expresse, quatenus a detentione fratrum, a molestiis et gravaminibus hujusmodi absque mora cessantes omnino super premissis infra trium dierum spacium sufficientem emendam predictis fratribus faciatis. quod triduum a die, quo per venerabilem patrem Argentinensem episcopum vel per alium seu alios, quem vel quos ad hoc duxerit depu-

<sup>1</sup> Vergl. über diese Vorgänge wie über den Verlauf des Streites die kurzen Notizen in den *Annales Colmar. maj.* (*Mon. Germ. SS. XVII, 214, 215*), in den *Notae histor. Argent.* (*Böhmer Fontes rer. germ. III, 117*) und bei Königshofen (*D. St. Chron. IX, 734*). Eine Darstellung des Processes nach archivalischem Material gibt Ch. Schmidt i. *Bull. de la société p. l. conserv. des monum. hist. d'Alsace IX, 2, 178—193.*

tandos, ad premissa facienda fueritis requisiti, volumus computari. alioquin, si nostrum  
mandatum neglexeritis adimplere, extunc ut exnunc vos et civitatem vestram eccle-  
siastico supponimus interdicto dantes eidem episcopo per nostras litteras in mandatis,  
ut ipse extunc nostram sententiam publicet vel per alium seu alios faciat publicari et  
eandem ab omnibus districtius observari, volentes nichilominus, ut idem episcopus  
in posteritatem eorum, qui in premissis injuriis principales fuerunt aut dederunt  
consilium auxilium vel manifestum favorem, usque in terciam generationem senten-  
tiam perpetue privationis et exclusionis a dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis sicut  
eque sic juste nostra auctoritate promulget, si, ut predictum est, mandatis nostris  
inobedientes exstiteritis vel rebelles, ut et vos et alii pena docente discatis a tantis  
excessibus in posterum abstinere. datum Melis 2 idus maji, per obitum felicis  
recordationis domini Honorii pape quarti<sup>1</sup> apostolica sede vacante.

*S aus Straßb. St. A. Vord Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 11 vidim. mb. c. 2 sig. pend. laesis  
ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg cellerarius, archidiaconi  
Argentinenses, 1287 Juni 13 (feria 6 ante Viti Modesti et Crescentie).*

115. *Der päpstliche Legat Johannes gibt dem Bischof von Straßburg den Auf-  
trag, die Stadt Straßburg zu ermahnen, sie möge von den Gewaltthätigkeiten gegen  
die Dominikaner abstehe und dieselben entschädigen, im Falle der Säumnis aber  
gegen dieselbe das Interdict auszusprechen. 1287 Mai 14 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus vene-  
rabili in Christo patri. dei gratia episcopo Argentinensi salutem in domino. nostro  
nuper auditui [weiter wie in nr. 114 bis quatuor morientis mutatis mutandis].  
attendat vestra paternitas, si debuit ex hoc tanta laxari sevicia, ut fideles sic  
excandescerent in fidei professores. hoc igitur gerentes omnino grave et preterire  
silentio nequeunt, paternitatem vestram monemus rogamus et hortamur attente,  
vobis qua fungimur, sub pena suspensionis, quam in vos in hiis scriptis ferimus,  
si nostrum mandatum neglexeritis adimplere, auctoritate districte mandantes, qua-  
tenus consules et universitatem civium Argentinensium per vos vel alios, quos  
duxeritis deputandos, quos exnunc nostros facimus commissarios et nuncios speciales,  
vobis eisdem ad hoc exequendum potestate compellendi per censuram ecclesiasticam  
tributa, moneatis et inducatis attente, ut ab hujusmodi detentione, molestiis et  
injuriis ac gravaminibus dictorum fratrum absque more dispendio cessent quodque  
super premissis infra triduum a tempore vestre monitionis facte eisdem fratribus  
sufficientem presentem emendam. alioquin in dictos cives et ipsam civitatem, quos  
et quam volumus extunc ut exnunc ecclesiastico interdicto subjacere, si nostrum  
mandatum neglexerint adimplere, sententiam interdicti per nos latam publicetis et  
faciatis eandem ab omnibus districtius observari, penam nichilominus privationis et  
exclusionis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis in eos, qui ab eis, qui princi-

<sup>1</sup> Pabst Honorius IV starb 1287 April 3.

pales in eisdem injuriis fuerunt et eis dederunt consilium et auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem descenderint, nostra auctoritate tam juste quam equanimiter promulgantes, ut et ipsi et alii pena docente discant a tantis excessibus abstinere, si, ut predictum est, infra triduum a vestra monitione computandum predictis fratribus non satisfecerint competenter. datum Metis 2 idus maji, per obitum felicitis recordationis domini Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 8 vidim. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delaps. ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg, archidiaconi Argentinenses, 1287 Juni 13. Auf der Rückseite der Vermerk: tenor processus legati directi domino episcopo Argentinensi wohl von gleichzeitiger Hand, die auch die Dorsualnotiz von nr. 117 schrieb.*

116. Der päpstliche Legat Johannes theilt den Straßburger Dominikanern die von ihm in ihrer Klagesache gegen die Stadt getroffenen Maßregeln mit und verbietet ihnen unter Strafe des Banns, auf die Forderungen der Bürgerschaft irgendwie einzugehen. 1287 Mai 14 Metz.

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus religiosus viris . . . priori et conventui fratrum ordinis predicatorum in Argentina salutem in domino. nostro nuper auditui [weiter wie in nr. 114 bis quatuor morientis mutatis mutandis]. hoc igitur omnino grave gerentes et preterire silentio nequeentes universitati et consulibus nostris damus litteris in mandatis<sup>1</sup>, ut ab hujusmodi cessent molestiis et de injuriis vobis illatis per eos sufficientem prestant emendam, dantes nichilominus venerabili patri . . . Argentinensi episcopo per nostras litteras in mandatis<sup>2</sup>, ut ipsos ad hoc per se vel per alios per sententiam interdicti et alias ipsorum temeritati congruentes compellat, videlicet ut posteritatem eorum, qui in predictis injuriis principales fuerunt aut dederunt consilium, auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis nostra auctoritate sicut severe sic juste perpetuo removeat et excludat. volumus autem et vobis in virtute sancte obedientie ac sub pena excommunicationis, quam in singulos vestrum ferimus in hiis scriptis, qui mandatum nostrum neglexerint adimplere, districte precipiendo mandamus, quatinus condiciones et pacta premissa, propter que vos taliter concluderunt, nullatenus admittatis, cum ea non solum sint contra vestra privilegia set etiam contra communem ecclesiasticam libertatem. datum Metis 2 idus maji, per obitum felicitis recordationis domini Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

<sup>1</sup> Vergl. nr. 114.    <sup>2</sup> Vergl. nr. 115.

117. *Bischof Konrad von Straßburg ermahnt gemäß dem ihm vom päpstlichen Legaten erteilten Auftrag die Stadt Straßburg, von den Gewaltthätigkeiten gegen die Dominikaner abzustechn und denselben eine ausreichende Genugthuung zu gewähren, widrigenfalls er über sie das Interdict verhängen werde. 1287 Mai 24.*

5 Nos Conradus dei gratia episcopus Argentinensis, executor a venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato deputatus, secundum formam nobis traditam a venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato antedicto<sup>1</sup> monemus consules et universitatem civitatis Argentinensis, quatenus a venerabilium virorum . . . prioris et fratrum predicatorum in domo civitatis  
10 Argentinensis detentione, molestiis et injuriis ac gravaminibus eorundem fratrum absque more dispendio cessent, quodque super premissis infra triduum a presenti die nostre monitionis nunc facte eisdem fratribus sufficientem prestant emendam. alioquin nos in dictos cives et ipsam civitatem, quam prenominatus dominus legatus extunc ut exnunc vult ecclesiastico interdicto subjacere, si nostrum immo predicti domini  
15 legati mandatum neglexerint adimplere, sententiam interdicti per eundem dominum legatum latam publicamus et precipimus auctoritate nobis in hac parte commissa eandem ab omnibus districtius observari, penam nichilominus privationis et exclusi-  
onis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis in eos, qui ab eis, qui principales in eisdem injuriis fuerunt et eis dederunt consilium et auxilium vel manifestum favorem,  
20 usque in terciam generacionem descenderint, auctoritate sepefati domini legati tam juste quam equanimitate promulgantes, ut et ipsi et alii pena docente discant a tantis excessibus abstinere, si, ut predictum est, infra triduum a nostra monitione computandum non satisfecerint competenter. actum 9 kalendas junii anno domini 1287.

25 *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 9 vidim. mb. c. 2 sig. pend. ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg cellerarius, archidiaconi Argentinenses, 1287 Juni 13, mit dem Rückvermerk wohl von gleichzeitiger Hand monitio facta per dominum episcopum Argentinensem contra cives.*

118. *Bischof Heinrich von Regensburg, vom päpstlichen Stuhl gesetzter Vertreter der Dominikaner in Deutschland, gibt dem Dekan und dem Scholastikus von St. Thomas den Auftrag, Meister und Rath der Stadt Straßburg von diesem und vom vergangenen Jahre aufzufordern, daß sie den Dominikanern für die ihnen  
30 zugefügten Unbilden genügende Entschädigung gewähren, widrigenfalls sie einzeln in den Bann zu thun. 1287 Mai 24 Regensburg.*

Heinricus dei gratia Ratisponensis ecclesie episcopus, conservator privilegiorum  
35 fratrum ordinis predicatorum per Theotuniam et judex contra gravamina et injurias ipsorum a sede apostolica constitutus, viris discretis . . . decano et scolastico ecclesie sancti Thome in Argentina salutem in domino sempiternam. conquesti sunt nobis lamentabiliter prior et conventus ordinis predicatorum civitatis Argentinensis, quod

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 115.*

magistri civium et consules tam presentis anni quam preteriti civitatis prefate, quorum nomina sunt infrascripta, contra ipsos pauperes et inermes tumultu et manu hostili temere insurrexerunt ac portas domus sue et officinarum hostia securibus invaserunt, [interna]<sup>a</sup> quoque ferociter lacerantes sic furoris sui inpudica vehementia terruerunt, quod vitam suam perdidisse omnes pariter putaverunt, nec hiis contenti omnes portas fractas et apertas sic tabulis ligneis et fortibus obstruxerunt, quod 5  
ipsis egredi non valentibus ita quod domus eorum in carcerem est redacta. quare cum nos hujusmodi injurias et molestias tam enormes necnon lamentabiles non debeamus clausis oculis et surda aure pertransire, auctoritate apostolica premissa precipiendo mandamus sub pena suspensionis late sententie, quam ferimus per 10  
presentes, sex dierum admonitione premissa, si non feceritis, quod mandamus, quatinus, si predictae injurie seu molestie in civitate Argentinensi sunt notorie ac manifeste, moneatis magistros civium necnon consules civitatis memorate infrascriptos, quod infra decem dies priori et fratribus antefatis de injuriis et molestiis illatis emendam prestant condignam et sufficienter satisfaciant, prout tenentur, alioquin 15  
ipsos in singulis ecclesiis civitatis vestre antedictae auctoritate nostra immo potius apostolica excommunicatos publice nuntietis, quia propter premissas injurias et molestias canonem late sententie incurrerunt. nomina autem civium et consulum istius anni sunt hec: Nycolaus dictus Zorn, Burchardus Reinböldelin, Erbo dictus Stubinwek, Rûlin dictus Ripili, Cunzo dictus Brôger et filius ejusdem, Erbo de Schiltinchein, Waldener sic dictus, Philer, Hûgo dictus Ripili, Tûrant dictus, Reinboldus frater Cånradi dictus Sûze, Johannes junior dictus Zolner, Cånno de Kagenekke, Johannes de Kagenekke patruus ejus. preteriti autem anni magistri et consules sunt Nycolaus dictus Wizegeiz, Symon dictus Heizel, Hartmannus dictus de Schiltinchein, Johannes de Eggevorsheim, Nycolaus Zorn senior, Johannes de Blûmenawe senior, 25  
Sûner dictus, Gozzo dictus Bonamie, Nycolaus de Kagenekk senior, Reiboldeli sic dictus, Tanris dictus, Schilt dictus, Reinboldus Stubinwek, Tûminheim dictus, Petrus dictus Neschart, Otto filius Ripilini senior<sup>1</sup> et omnes consentientes et cooperantes. datum in Rat[ispona] anno domini 1287 in vigilia pentecostes. reddite litteras cum appensione sigillorum vestrorum in testimonium executionis per vos 30  
facte et, si ambo interesse nequiveritis, alter ex vobis nichilominus exequatur.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

119. *Johannes, Procurator der Stadt Straßburg, legt gegen das vom päpstlichen Legaten in ihrer Streitsache mit den Dominikanern gefällte und vom Bischof von Straßburg veröffentlichte Urtheil vor letzterm Verwahrung ein und appellirt an den päpstlichen Stuhl. 1287 Mai 25.*

Coram vobis venerabili patre et domino episcopo Argentinensi excipiendo proposui et propono ego Johannes procurator honorabilium virorum magistri consulum

a) *T interram unverständlich.*

<sup>1</sup> *Ueber diese zum Theil entstellten Namen von Straßburger Rathsmitgliedern vergl. UB. III, 417.*

et universitatis civitatis Argentinensis procuratorio nomine eorundem et pro ipsis, quod venerabilis pater dominus Johannes episcopus Tusculanus sedis apostolice<sup>a</sup> legatus ipsis nuper per suas litteras intimavit<sup>1</sup> suo auditui horribilem, ut ejus verbis utar, et piis detestandam mentibus de prefatis magistro consulibus et universitate oblatam querelam, se de ipsa perturbari pretendens, si conquestio veritatis suffragio fulciretur, inter alia continentem, quod prefati magister consules et universitas civitatis Argentinensis predictae ad tantam proruperint furoris audaciam, quod viros religiosos.. priorem et conventum Argentinenses predicatorum ordinis, apostolice sedis et dicti ordinis reverentia pretermissa, inmaniter pertractantes violenter domos ipsorum fratrum cum securibus et horrendis clamoribus invaserint, frangendo ipsius domus ostia aliasque fratribus ipsis multiplices injurias irrogando et ipsos undique<sup>b</sup> recludendo, ne ad ipsos fidelibus accessus pateat et eis omnino prohibeatur egressus, ea sola occasione, quod ipsi.. prior et fratres noluerunt prefatis magistro consulibus et universitati<sup>c</sup> promittere, ut<sup>d</sup> de omnibus donatis vel<sup>e</sup> legatis eisdem fratribus coram prefatis<sup>f</sup> magistro consulibus et universitate agerent et responderent in jure et sine parentum consensu novicium nullum reciperent, domos etiam quoquo modo eis traditas venderent, quodque nullius testamentum ordinandum reciperent sine consensu propinquorum quatuor morientis. et licet idem dominus apostolice sedis legatus in principio earundem suarum litterarum se perturbari sub condicione scripserit, si conquestio. ut predictum est, veritatis suffragio fulciatur, quod etiam alias subintelligi debet, si nullatenus hoc scripsisset, idem tamen dominus legatus se hoc grave gerere pretendens et preterire silentio se nequire, predictis magistro consulibus et universitati civitatis Argentinensis predictae in eisdem suis litteris absolute precepit expresse, quatenus a detentione fratrum, a molestiis et gravaminibus hujusmodi absque mora cessantes omnino super premissis infra trium dierum spacium sufficientem emendam predictis fratribus faciant. quod triduum a die, quo per vos dominum episcopum Argentinensem vel per alium seu alios, quem vel quos ad hoc duxeritis deputandos, ad premissa facienda predicti magister consules et universitas fuerint requisiti, voluit computari. alioquin, si predicti domini legati mandatum neglexerint adimplere, idem dominus legatus, quamvis res aliter<sup>g</sup> se habeat, quam in predicti domini legati litteris continetur, et quamvis dicta conquestio veritatis suffragio non juvetur, predictis magistro consulibus et universitate non vocatis, non citatis, non auditis, non confessis, in aliquo non monitis, legitime non convictis, nullo instante actore, defensionibus quoque ipsorum exceptionibus et juribus non auditis, cum contra hec prefatis magistro consulibus et universitati predictae et subscriptae et alie exceptiones et defensiones<sup>h</sup> legitime competant, prout ipsi et ego ipsorum nomine nos offerimus probaturos et ad probandum cum instantia petimus nos<sup>i</sup> admitti, causa non cognita et juris ordine pretermisso, extunc ipsos magistrum

a) S I et T apostolice sedis. b) S I et T om. undique. c) S universitate. d) S om. ut. e) T et.  
 f) S I et T predictis. g) S I et T se aliter. h) T defensiones et exceptiones. i) T nos  
 petimus.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 114.

consules et universitatem et civitatem ipsorum ecclesiastico supposuit interdicto, dans vobis domino Argentinensi episcopo per suas litteras in mandatis<sup>1</sup>, ut vos extunc suam sententiam publicetis vel per alium faciatis seu alios publicari et eandem ab omnibus districtius observari, volens nichilominus idem dominus legatus, ut vos in posteritatem<sup>a</sup> eorum, qui in premissis injuriis principales fuerunt aut dederunt consilium auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem sententiam perpetue privationis et exclusionis a dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis sicut eque sic juste sua auctoritate promulgetis, si, ut predictum est, mandatis suis inobedientes extiterint vel rebelles. quia vero in lege scriptum est, jus reddentem neque statim excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportere, sed causa cognita prius veritatem inquirere debere, quam transeat ad vindictam, ut probatur ff. de of. presidis l. <sup>2</sup> observandum cum multis similibus, cumque scriptum sit in jure, quod, quamvis non cognitio sed sola executio demandetur, de veritate tamen precum inquirei oportet, ut, si fraus interveniat, de omni negotio cognoscatur, ut probatur C. si contra jus vel utilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid postulatam vel inpetratam<sup>b</sup> <sup>3</sup>, etsi non cognitio, que lex canonizata est et posita XXV q. II, et si non cognitio et re vera fraus in<sup>c</sup> falsa narratione dictarum litterarum domini legati intervenerit, cum, ut predictum est, dicta conquestio veritatis suffragio non juvetur, que premissa omnia vel aliqua ex eis sufficientia et necessaria probare coram vobis et alibi, ubi necesse fuerit, et ostendere sum paratus et me obtuli et offero probaturum et ad probandum peto et petii me admitti, cum etiam jure caveatur, quod si sententia etiam per dominum papam prolata precipiatur per aliquem executioni<sup>d</sup> mandari, si fraus intervenerit id est intervenisse allegetur, non est facultas executori de toto negotio cognoscendi, sed deferri questiones, que incidunt, ad sedem apostolicam oportet et est interim per executores supersedendum, ut probatur expresse extra de sen. et re. jud. c. <sup>4</sup>, de cetero probatur etiam hoc idem expressissime ff. de judiciis l. si pretor § Marcellus<sup>5</sup>, probatur hoc idem ff. de re jud. l. a divo pio § si super rebus<sup>6</sup>, et extra de crimine fal. c. super eo<sup>7</sup>, et de of. deleg. c. si quando<sup>8</sup>, et C. si ex falsis instrumentis l. <sup>9</sup> judicati et multis aliis juribus, idcirco ego Johannes predictus procuratorio nomine magistri consulum et universitatis predictae et pro ipsis petii et peto a vobis venerabili patre domino<sup>e</sup> Argentinensi

a) S t posteritate. b) S t add. l. c) T et. d) T executores. e) S t om. domino.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 115.

<sup>2</sup> L. 19 § 1 D. de off. praes. (1, 18).

<sup>3</sup> C. 4 C. si contra jus (1, 22).

<sup>4</sup> C. 5 X. de sent. et re jud. (2, 27).

<sup>5</sup> L. 75 D. de jud. (5, 1).

<sup>6</sup> L. 15 D. de re jud. (42, 1). Der im Text bezeichnete Paragraph ist nicht zu finden.

<sup>7</sup> C. 2 X. de crim. falsi (5, 20).

<sup>8</sup> C. 8 X. de off. jud. del. (1, 29).

<sup>9</sup> C. 4 C. si ex falsis instr. (7, 58).

episcopo humiliter et devote, quatenus in dicto negotio vel prius cognoscatis, si veritas in predicta narratione subsistat, quam ad executionem dicti negotii procedatis, vel saltim predictum negotium, cum nondum discussum sit, superiori discuciendum deferatis et medio tempore in eodem supersedere velitis, cum hoc de jure facere  
 5 debeatis per jura preallegata, prout superius est ostensum, maxime cum de predicto negotio partibus presentibus vel per contumaciam absentibus de causa cognitum non sit ab aliquo, et maxime cum dicta sententia, prefatis magistro consulibus et universitate non vocatis, non citatis, non auditis, non confessis, in aliquo non monitis, legitime non convictis, defensionibus quoque ipsorum et exceptionibus  
 10 prescriptis et aliis ipsis competentibus et aliis<sup>a</sup> juribus non auditis, causa non cognita et contra juris ordinem sit prolata et juris ordine pretermisso, et sic dicta sententia prefati domini legati nulla sit per consequens ipso jure. peto etiam et petii michi nomine predictorum magistri consulum et universitatis edi a vobis copiam mandati predicti domini legati vobis ab eodem directi super negotio antedicto,  
 15 et terminum competentem assignari per vos ad deliberandum super eodem mandato, testimonium super hiis dominorum presentium invocando. et quia vos premissa vel aliquod ex eis sufficiens vel aliqua et probationem super eis vel aliquo ipsorum et petitionem meam admittere denegastis, et ad monitionem predictam et publicationem interdicti ac promulgationem pene privationis et exclusionis supradicte, fines et  
 20 modum mandati predicti excedendo et forma ipsius non servata, sine cause cognitione, copia ipsius mandati michi non facta et juris ordine pretermisso processistis die etiam in favorem dei feriata videlicet dominica pentecostes, ideo ego Johannes predictus sentiens predictos magistrum consules et universitatem et me nomine ipsorum gravatos indebite a vobis domino episcopo supradicto, nomine ipsorum et  
 25 pro ipsis omnibus et singulis, item nomine<sup>b</sup> parochialium ecclesiarum<sup>c</sup> et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem<sup>d</sup>, cappellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis Argentinensis tam infra civitatem eandem quam in suburbiis ipsius extra muros ejusdem civitatis consistentium et michi et prefatis magistro consulibus et universitati predictis  
 30 adherere et in hanc appellationem consentire et ea tueri volentium nomine et pro ipsis, et a sententia hujus prefati domini legati jam prolata sub forma prescripta occasione hujusmodi, item ne sententie interdicti excommunicationis aut suspensionis, si que per prefatum dominum legatum vel alium quempiam in prefatos magistrum consules et universitatem vel civitatem Argentinensem aut personas<sup>e</sup>  
 35 ecclesias plebanos viceplebanos cappellas cappellanos et clericos antedictos aut singulos de civitate vel universitate predicta occasione hujusmodi proferentur, ipsos ligent vel ligare possint, sedem apostolicam in hiis scriptis appello vel ad eum, ad quem de jure est appellandum, et apostolos sepe et sepius cum instantia peto, prefatos magistrum consules universitatem et civitatem Argentinensem predictam et  
 40 singulos de universitate vel civitate predicta, ecclesias<sup>f</sup> plebanos viceplebanos cappellas et cappellanos et generaliter omnes et singulos clericos antedictos civitatis

Mai 25

a) S t et T. om. aliis. b) T add. cathedralis conventualium et. c) S t et T add. canonicorum et.  
 d) S t earum. e) S t et T add. canonicos. f) S t et T add. canonicos.



Argentinensis ejusdem necnon personas et res ipsorum protectioni sedis apostolice supponendo. nos. prepositus decanus cantor scolasticus et capitulum sancti Thome nosque decanus scolasticus portarius cellerarius et capitulum sancti Petri ecclesiarum Argentinensium premissa omnia proponi et peti et appellationem predictam in modum prescriptum in scriptis legi recitari et interponi audivimus per Johannem generum Erlini, procuratorem predictum habentem ad hoc procuratorium sufficiens et mandatum a magistro consulibus et universitate predicta, coram domino nostro episcopo Argentinensi<sup>a</sup> predicto immediate post monitionem publicationem et fulminationem supradictam factam a domino Argentinensi episcopo supradicto. et in evidentiam et testimonium premissorum sigilla ecclesiarum nostrarum una cum sigillo civitatis Argentinensis presentibus sunt appensa. actum dominica pentecostes anno domini 1287.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 3 sig. pend., quorum 2 delapsa.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. 3 sig. pend., quorum 1 delaps. mit dem wohl gleichzeitigen Rückvermerk: appellatio prima coram domino episcopo Argentinensi interposita.*

*T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.*

*Erwähnt mit kurzem Auszug bei Schöpfung Als. dipl. II, 38 not. u.*

120. *Durch den Rath der Stadt Zürich veranlaßte Abschrift eines Rundschreibens der Stadt Straßburg über die Entstehung ihres Streits mit den Dominikanern. 1287 Mai 26.*

Allen, die disen brief sehent alde hörent lesen, künden wir der rät von Zürich, der namen hie nach geschriben sint, daz wir der burger brief von Strazburg sahen ganzen unvelschen und in allen weg unverweckseilten und mit ir offen ingesigil besigilten, als hie nach geschriben stät. und daz wir und unsir nakomen uns har nach, ob ein semelich sache uns anegienge, deste baz gerichtten künin, so han wir mit unsir burger gunst willeklih offenlich und alleklich disen brief abe heizen geschriben und mit unsir burger ingesigil offenlich besigilt zi eime steten und ze eime ewigen urkünde.

Dien erberren und dien wisen und dien bescheidenen deme räte und dien burgerren gemeinlich von Basil, von Cholmur, von Sletzstat, von Rinowe, von Rufach und darnach allen dien stetten, da dirre brief geöget wirt, enbietent Niclauwes der junge Zorn der meister, der. rat und die burger gemeinlich von Strazburg ir willigen dienst mit ganzer fruntschaft. ez beschehent manigú dink von rechten sachen erberlich und redelich, dú man in frömeden landen verkeret, wande man ir ursprung nicht rechte vernomen hat. darumbe so bitten wir iwer bescheidenheit, daz ir dur unsirn dienest dise rede vernement und iuch lazent leit sin, daz uns die hant beswert, dien wir dike wol han getan. ir herren. da waren die barvúzen und die bredier in ein gewonheit komen, daz si wolten erben uzzer dien klöstern in die welt. und swa ein richer man oder ein richú vrowe an ir tode lagen, da

a) S / Argentineasi episcopo.

liefen si hin und uberretten den, daz er in gab allis sin güt, und wurden denne  
 also alle sin erben enterbet und verderbet. die kamen danne für uns schriende und  
 klagende von in, daz sie interbet weren. der chlage kam mangú für uns. sie ver-  
 köfent ðch dú eigen, daz si abir an si wider vallen solten nach des tode, der si  
 5 danne köfte. des achteten wir, daz unsir stat kurzlich alle ir eigen were worden.  
 § si emphiengen ðch in ir orden richer lúte kint, dú undir achzeben jaren waren,  
 ane ir fründe willen und wissende, das echt in daz güt wurde, davon wir ðch dikke  
 beswert wurden und uns manigú klage von in vúrkam. do dis lange und lange  
 gestúnt und wir es nicht me geliden móchten von der manigvalten klage der  
 10 burger, do giengen wir zú dien bredieren und baten si, daz si sich also hielten,  
 daz solichú klage von unsirn burgern nicht me für uns kême. do sprachen si und  
 gelobten uns, swaz brieven uns <sup>a</sup> die barvúzen harubir gebin, daz es nicht mer  
 geschehe, die wolten ðch si uns darubir geben. wir kamen zu dien barvúzen  
 und leiten in dise rede vúr. die antwürten alsus: ir herren. des uns da mütent,  
 15 daz wir iuch verloben suln, des suln wir von unsirs ordens regele zi rechte selbe  
 nicht tûn. wêre joch, daz ir uns niemer darumbe gebetint, so ist ez uns selben  
 verboten, daz wir ez nicht tûn suln. do sprachen wir: ir herren. des selben machent  
 uns ein brief, als er iuch dunke, daz er iu und uns rechte stande. den brief den  
 machten si selbe, als wir iuch die abschrift senden von worte zi worte. do wir mit  
 20 dem brieve zi den bredeierren kamen, do baten si uns, daz wir in die abschrift  
 gebin. darnach kam darzú ir provincial und machten uns ein zil nach dem andirn  
 und hant unsir also geschimphet damitte, daz ez zi vil was, wol vier jar nach ein  
 andirn. nu ze jungest kam abir ein klage von in, daz si einer vrowen erbezal hetten  
 emphúrit dien rechten erben. darumbe baten wir si abir, daz si uns den brief geben,  
 25 als uns die barvúzen hatten geben und als si uns gelobt hatten. do sprachen si in  
 einer hohen wise, sie liezein in é die helse abstozen mit tiln, é si daz iemer ge-  
 tetin. daz müt uns, daz uns als geistlich lúte abegiengen des, daz si uns lobten  
 zi tünne. da vûren wir zú und wolten uf unsir stat almeinde vor ir torn gebuwen  
 han. da liefen unsir vrowen zú und slügen unsir knechte mit bengeln und mit  
 30 schufelen, daz einre an den tót geslagen wart. darumbe wurden wir deste zorniger  
 und wolten in ir tor uz dem anger han gehebt. dis han wir iuch geschriben und  
 bitten iuch, swa wir iwers rates und iwer gunst zi dirre sache bedurfn, daz ir  
 uns da frúntlich tûnt, als wir iuch getrúwen und als wir iuch tetin, ob iuch  
 nótrede angienge. wir bitten iuch, ist daz si iuch icht andirs han gesagit von uns,  
 35 daz ir des nicht gelöbent und uns iwers willen wider schribent und ratent, wie  
 wir und ander stette vor in genesen. wir bitten iuch ðch, ob wir in dirre sache  
 richter werden gewinnende, die iuch gewant sin, daz ir uns gegen dien güt sint,  
 daz si uns genedig sin an únsirne rechte, als wir iuch tetin, swa iuch dekein  
 kumber anengienge.

40 Ouch han wir der rât an disem brief heizen geschriben die abschrift, die brúdir  
 Dietrich, der provincial der minre brúdir ordins uber Tüschlant ist, und brúdir  
 Sigefrit der cardian und dú samenunge desselben ordens des hus von Strasburg

a) Z. *rep.* uns.

gaben dem.. meister.. dem rate und dien burgern gemeinlich von Strazburg. dú  
 abschrift ist alsus<sup>1</sup>: die ersamen herren.. der meister.. der rât und die burger von  
 Strazburg hant gemeinliche vor uns dur ir zucht selbe verjehen, daz wir sie noch  
 nit beswarten noch erzurnden mit solichen sachen, als hie nidenan geschriben stât.  
 doch dur<sup>a</sup> unsir liebi und dur unsir bette und dur ir frúntschafft geloben wir in  
 getrúlich und áne alle geverde, daz wir noch nieman, der undir uns ist, phaffen  
 odir leien erben sol uz unsirme klostere an die welt wedir eigen noch erbe noch  
 kein gút, daz die burger von Strasburg anhôret. § so geloben wir in ôch, daz wir  
 nieman undirwisen suln noch schaffen underwisende an sime todebette, daz uns  
 burger aldir burgerin zi Strazburg ir eigen oder ir erbe geben odir besetzen also,  
 daz die rechten erben damitte verderbet odir enterbet sin. § wir geloben ôch, daz  
 wir kein gút eigen alde erbe, daz die burger alde burgerin von Strazburg anhôrit  
 und uns besetzt oder gegeben wirt, also verköfen alde verwandeln suln mit gedinge,  
 daz ez da nach wider an uns oder an andirs ieman von unsirn wegen gevalle, wan  
 daz wir schaffen suln, daz es verköfet werde ane alle geverde und daz wir mit  
 allen dingen lieblich und gütlich mit in leben, wande ôch si und ir vordern uns  
 und unsirme ordern ie gütlich und frúntlich hant getan und allewege túnt von ir  
 gnaden. so geloben wir in mit gúten trúwen, daz wir ir frúnde, die burger sint zi  
 Strazburg, die undir achzehen jaren sint, so verre so wir mit gotte iemer mugen,  
 nicht emphahen wellen in unsirn orden, und wellen uns húten, daz wir si daran  
 nicht besweren, so verre wir iemer mit gotte und mit unsirs ordens eren mugen,  
 ez si danne der nesten frúnde gút wille.

Des rates namen sint her Burchart von Hottingen, her Rûdolf von Beggenhoven,  
 her Chûn von Tûbelstein, her Heinrich Vinko und her Jacob vor der mezie rittere,  
 Rûdolf der Mûlner, her Rûdolf der Kriek, her Uolrich der Trûber, her Peter Wolf-  
 leibscho, her Uolrich im gewelbe, her Heinrich Stôri und her Johans Pilgrin  
 burger. dirre brief wart abegeschriben, do von gottis geburt waren zwelf hundert  
 und in dem sibem und achzigesten jare, an dem mentage nach sant Urbanes tage,  
 do dú indictio was dú xv.

*Z aus Züricher Staats-Archiv nr. 36 or. mb. c. sig. pend. Dorsualvermerk von einer Hand  
 des 15. Jahrh.: ein brief des abgeschrieben uns von der statt Strassburg gesant von  
 der predier wegen irr ingrifs halb. Die im Stück gesetzten Paragraphenzeichen und  
 Zeilenabsätze sind an entsprechender Stelle wiedergegeben.*

121. *Der päbstliche Legat Johannes gibt dem Bischof von Straßburg den Auf-  
 trag, Meister und Rath der Stadt Straßburg vom vergangenen und diesem Jahr  
 aufzufordern, daß sie binnen zehn Tagen die Dominikaner mit voller Entschädi-  
 gung in die Stadt zurückführen, widrigenfalls sie dem Banne verfallen würden;  
 auch solle er auf strenge Beobachtung des Interdicts dringen. 1287 Juni 9 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus vene-  
 rabili in Christo patri dei gratia episcopo Argentinensi salutem in domino. cum

a) *Z rep. dur.*

<sup>1</sup> *Vergl nr. 92.*

multiplicata sit iniquitas adeo superbiorum, quod quasi aquam maledictionis bibentes viros sancte contemplationi deditos persequi non desistant, multiplicari debet humilium equitas contra illos, ut sapientia vincens maliciam virgam peccatorum super sortem justorum minime derelinquat. sane publico et notorio referente clamore ad  
 5 audienciam nostram pervenit, quod diebus istis magister consules et universitas civium Argentinensium illo suadente, qui continue<sup>a</sup> circuit querens quem devoret, in statu terrene prosperitatis positi ferali quadam atrocitate facti sunt sacrosancte dei<sup>b</sup> ecclesie onerosi suorumque persecutores fidelium, conantes in dei servos et fidei professores jurisdictionem sibi temere vendicare, etsi nulla sit eis super illos potestatis  
 10 jurisdictio attributa, incarceratione et ignominii<sup>c</sup> afficientes eosdem tanquam immiseri- cordes afflictis, humanitatis obliti et quod invite<sup>d</sup> referimus, tanquam fidei contemptores, dum venerandum conventum fratrum predicatorum sue civitatis, qui eos et fideles alios non minus orationibus quam predicationibus in salutis eterne semitas dirigebant, pro eo quod mandatis ipsorum, prout nec debebant nec poterant, minime  
 15 paruerunt, incluserunt, ut dicitur, et demum eos non sine gravi ecclesie dei ac nostra injuria, fidelium scandalo, animarum detrimento suarum et infamia personarum exire dispersos civitatem ipsorum fame ac pestilencia coegerunt, non secuti rationis iudicium set proprie arbitrium temeritatis. quocirca paternitatem vestram monemus sub pena suspensionis, quam in vos ferimus in hiis scriptis, si hujus mandati nostri  
 20 fueritis contemptores, vobis precipientes districte, quatenus per vos vel<sup>e</sup> per alium seu alios in civitate Argentina magistris et consules civitatis predictae tam anni preteriti quam presentis ex parte nostra publice moneatis, ut infra decendium a tempore hujusmodi monitionis<sup>f</sup> continue computandum memoratum conventum cum satisfactione integra in civitatem predictam in locum suum revocare procurent. alioquin si  
 25 vestram immo nostram potius ammonitionem infra dictum terminum contempserint adimplere, exnunc prout extunc in dictos magistris et consules sententiam excommunicationis proferimus in hiis scriptis, illis consulibus anni preteriti dumtaxat exceptis, qui coram vobis de premissis excessibus declarati fuerint innocentes. sub eadem etiam restrictione vobis precipimus, quatenus per vos vel per alium seu alios  
 30 in civitate Argentina in locis, in quibus expedire videbitis, publice monitionis proponatis edictum, ne quis predictis magistro et consulibus in tam horrendis injuriis aut facinorosis statutis ad tuendum vel fovendum injurias easdem editis vel edendis consilium auxilium vel favorem impendat, vel eis in hujusmodi obstinata pertinacitate persistentibus presumat quomodolibet obedire. item ne quis clericus vel sacerdos  
 35 durante interdicti sententia, quam in civitatem predictam nuper duximus proferendam, in civitate ipsa seu suburbiis vel in sancto Arbogasto vel in aliis appendiciis civitatis, in quibus etiam locis interdictum hujusmodi servari<sup>g</sup> jubemus, divina officia celebrare aut sepulturam seu sacramenta ecclesiastica exhibere presumat, penitentiis morientium et baptis- mate parvulorum dumtaxat exceptis. item ne quis<sup>h</sup> clericum vel sacerdotem  
 40 aliquem infra loca superius interdicta in ecclesia sua evocare, recipere vel admittere

a) T / cottidie.    b) T / om. dei.    c) T / ignomiis.    d) T / inviti.    e) T / seu.    f) T / ammonicionis.    g) T / observari.    h) T / om. quis.

ad divina officia celebranda presumat. item ne quis a quoquam clerico vel sacerdote  
 suasu dyabolico inibi forsan celebrare presumente divina officia audire aut ecclesias-  
 tica sacramenta recipere<sup>a</sup> audeat ullo modo; alioquin in omnes et singulos, qui spretis  
 monitionibus nostris premissis per vos seu alios proponendis<sup>b</sup> aliquam premissarum  
 contrafacere presumpserint, exnunc prout<sup>c</sup> extunc excommunicationis sententiam pro-  
 ferimus in hiis scriptis auctoritate, qua fungimur, et sub eadem pena nichilominus<sup>d</sup>  
 qua supra vobis precipientes, quatenus omnes et singulos, qui sue salutis inmemores  
 in predictas sententias inciderint vel aliquam predictarum<sup>e</sup>, magistros quoque<sup>f</sup> et  
 consules supradictos, si sententiam excommunicationis per nos latam ob causam  
 premissam incurrerint, per vos vel per alium seu alios excommunicatos denunciatis  
 in ecclesiis vestre dyocesis, in quibus vobis aptum visum fuerit, nominatim diebus  
 dominicis et festivis, facientes eosdem ab omnibus arcus evitari. et quia crescente  
 malitia crescere debet et pena, eos, qui timore dei postposito in sententias predictas  
 inciderint, sacerdotes quidem et clericos in ecclesiastice coercionis contemptum et  
 suarum periculum animarum divina celebrare dampnabiliter presumes, si per  
 decendum, postquam excommunicationis sententiam incurrerint, continue computan-  
 dum in sua pertinacia duxerint persistendum, extunc per vos nostra auctoritate  
 privari jubemus beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis et inhabiles reddi ad similia  
 in futurum beneficia consequenda, volentes nichilominus et vobis precipientes expresse,  
 quatinus ad captivationem talium tam in civitate quam extra per vos vel per alium  
 seu alios detis operam efficacem. ad coercionem vero magistrorum et consulum  
 predictorum vobis injungimus, ut in locis quibuslibet, ad que predicti magistri et  
 consules ac alii nominatim excommunicati declinaverint, quamdiu ibidem steterint,  
 et post recessum eorum per triduum a divinis cessare officiis nostra auctoritate per  
 vos vel per alium seu alios faciatis, si, ut premissum est, per decendum, postquam  
 excommunicationis sententiam incurrerint, continue computandum in sua pertinacia  
 duxerint persistendum. litteras quoque nostras, quas predictis magistris et consilibus  
 pro eorum revocatione scribimus<sup>1</sup>, vobis transmittimus presentandas mandantes,  
 quatenus eas predictis civibus presentari fideliter faciatis et legi. volumus insuper,  
 ut tam fratres minores quam sorores sancte Clare Argentinensis civitatis ex parte  
 nostra moneatis et inducatis attente, ut sententias nostras occasione tercię regule  
 non enervent. datum Metis 5 idus junii, per obitum felicis recordationis domini  
 Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 inserirt der Urkunde Bischof Konrads von Straß-  
 burg 1287 Juni 26. Vergl. nr. 123 auch bezüglich der Varianten.*

a) *T* † *add.* ant.    b) *T* et *T* † *add.* vel.    c) *T* pro.    d) *T* nichominus.    e) *T* † premissarum.  
 f) *T* † que.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 114.

122. *Notariatsbescheinigung über die vor dem päpstlichen Legaten Johannes durch den Procurator der Stadt Straßburg Johannes Erlin eingelegte erneuerte Appellation an den päpstlichen Stuhl, betreffend den Streit mit den Dominikanern. 1287 Juni 10 Metz.*

5 In nomine domini amen. coram venerabili patre domino Johanne dei gratia  
Tusculano episcopo apostolice sedis legato et in presencia ejusdem et mei notarii  
infrascripti ac testium subscriptorum magister Johannes gener Erlini civis Argen-  
tinensis, notarius et procurator honorabilium virorum magistri consulum et universi-  
tatis civitatis Argentinensis ejusdem, nomine eorundem et pro ipsis habens ad hec  
10 mandatum sufficiens a me notario visum et lectum, in scriptis proposuit et recitavit,  
appellavit in scriptis, appellationes ratificavit, innovavit in scriptis et confirmavit et  
apostolos instanter petiit de verbo ad verbum, prout inferius continetur: in nomine  
domini amen. coram vobis venerabili patre domino Johanne episcopo Tusculano  
apostolice sedis legato propono ego Johannes gener Erlini civis Argentinensis,  
15 procurator honorabilium virorum magistri consulum et universitatis civitatis Argen-  
tinensis, nomine eorundem et pro ipsis, quod vos ipsis nuper per vestras litteras  
intimastis vestro auditui horribilem, ut vestris verbis utar, et piis detestandam  
mentibus de prefatis magistro consulibus et universitate oblatam querelam [*weiter  
wie in nr. 119 mutatis mutandis bis ad vindictam.*] idcirco ego Johannes procurator  
20 magistri consulum et universitatis civitatis Argentinensis predictus procuratorio  
nomine eorundem et pro ipsis, ex premissis prefatos magistrum consules et univer-  
sitem sentiens gravari et gravatos esse indebite a vobis, meo et predictorum  
magistri consulum et universitatis et singulorum de universitate ac civitate Argen-  
tinensi predicta nomine, item katedralis et conventualium ecclesiarum parochialium  
25 et canonicorum et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem,  
capellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis  
Argentinensis predicte tam infra civitatem eandem quam in suburbiis ipsius extra  
muros ejusdem civitatis consistencium et michi et prefatis magistro consulibus et  
universitati predictis adherere et in hanc appellationem consentire et ea tueri  
30 volencium nomine et pro ipsis, et ne vestra sententia hujusmodi interdicti jam  
prolata seu comminata sub forma prescripta occasione hujusmodi, item ne sententie  
interdicti excommunicationis aut suspensionis, si que per vos vel alium quempiam  
in prefatos magistrum consules et universitatem vel civitatem Argentinensem aut  
personas canonicos ecclesias plebanos seu viceplebanos cappellas cappellanos et cle-  
35 ricanos antedictos aut singulos de universitate vel civitate predicta occasione hujusmodi  
proferentur, ipsos ligent vel ligare possint, ad sedem apostolicam in hiis scriptis  
appello et apostolos sepe et sepius cum instantia peto, prefatos magistrum consules  
universitatem et civitatem Argentinensem predictam et singulos de universitate et civi-  
tate predicta, ecclesias canonicos plebanos viceplebanos cappellas et cappellanos et  
40 generaliter omnes et singulos clericos antedictos civitatis Argentinensis ejusdem necnon  
personas et res ipsorum protectioni sedis apostolice supponendo, protestans, quod  
per appellationem hujusmodi ab appellatione seu appellationibus prius coram domino

Argentinensi episcopo interpositis<sup>1</sup> magistri consulum et universitatis et singulorum de universitate necnon katedralis conventualium et parochialium ecclesiarum, canonicorum et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem, cappellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis Argentinensis predictorum nomine et pro ipsis recedere non intendo nec volo, sed eam et eas ratifico innovo et confirmo, testimonium super hiis omnium presencium invocando. actum Metis in cappella venerabilis patris domini episcopi Metensis, sub anno domini 1287, indictione 15, die 10 intrante mense junii, ad hec vocatis specialiter et rogatis testibus, videlicet honorabilibus viris magistris Tirrico domini Waltheri majoris, Symone domini Bartholdi et Widrico domini Lodewici archidiaconorum ecclesie Metensis officialibus et aliis quam pluribus.

(S. N.)<sup>a</sup> Ego Petrus de Donorio Ferrariensis diocesis publicus auctoritate Ravenatis ecclesie notarius, tunc temporis venerabilis patris domini Johannis Tusculani episcopi apostolice sedis legati grossarius, ad hec omnia vocatus interfui et rogatus scribere scripsi meoque signo consueto signavi.

Nos Tiericus domini Waltheri majoris, Symon domini Bertholdi et Widricus domini Lodewici curiarum archidiaconorum ecclesie Metensis officiales, premissis omnibus interfuimus et audivimus proponi recitari et appellari in scriptis appellationes, ratificari innovari confirmari et apostolos peti instanter in scriptis in modum prescriptum et prout superius continetur, coram venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato supradicto per magistrum Johannem generum Erlini civis Argentinensis, notarium et procuratorem honorabilium virorum magistri consulum et universitatis civitatis Argentinensis ejusdem, nomine eorundem et pro ipsis habentem ad premissa mandatum sufficiens visum et lectum a nobis officialibus antedictis. et in evidenciam et testimonium premissorum nos in testes ad hec vocati specialiter et rogati sigilla curiarum predictorum dominorum nostrorum archidiaconorum Metensis ecclesie ad petitionem prefati procuratoris duximus presentibus appendenda. actum anno die et loco prescriptis.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis. Auf der Rückseite Vermerk von gleichzeitiger Hand innovacio appellacionis facta coram legato.*

123. *Bischof Konrad von Straßburg befiehlt dem Clerus seiner Diöcese, das Mandat des päpstlichen Legaten vom 9. Juni gegen die Straßburger Bürger sogleich zur Ausführung zu bringen. [1287] Juni 26 Dachstein.*

Cünradus dei gratia Argentinensis episcopus venerabilibus dominis abbatibus prepositis prioribus ordinum sancti Benedicti, sancti Augustini et aliorum quorum-

a) *Das Notariatszeichen ist eine ellipsenförmige Scheibe, oben in eine Spitze mit strahlender kleiner Kugel auslaufend, unten auf drei senkrechten Stäben ruhend, welche an ihrem unteren Ende auf einem Kreis stehen. Die Scheibe zeigt eine Tintenfällung, welche in der Mitte zwei Ellipsen übereinander sciss lässt.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 119.*

cunq̄ue, archidiaconis archipreshyteris decanis ac ecclesiarum rectoribus plebanis incuratis et vicariis universis per Argentinensem dyocesim constitutis salutem in domino sempiternam. noveritis nos venerabilis patris et domini Johannis Tusculani episcopi cardinalis sedis apostolice per Alamaniam<sup>a</sup> legati recepisse litteras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte viciatas in hec verba: [folgt nr. 121]. cum itaque nos cum omni precum instancia supplicaverimus humillime domino legato antedicto, ut ipse dignaretur nos absolvere ab execucione hujusmodi mandati contra nostros cives Argentinenses antedictos, et prenominatus dominus noster legatus petitioni nostre condescenderit quantum ad execucionem mandati presentis intra civitatem Argentinensem, firmiter et districte nobis nichilominus precipiens, ut mandatum ipsius contra cives nostros antedictos extra civitatem Argentinensem execucioni mandare nullatenus obmitteremus, vos singulos et universos monemus sub pena suspensionis, quam in vos exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, si hujus mandati nostri immo verius supranominati domini legati fueritis contemptores, vobis districte precipientes, quod<sup>b</sup> quilibet vestrum publice in ecclesiis, quibus preest, mandatum dicti domini legati<sup>c</sup> secundum tenorem autentici nobis ab ipso directi, cujus transscriptum sub nostro sigillo presentibus interseri fecimus, absque more periculo execucioni plenissime demandetis. in signum execucionis mandati hujusmodi sigilla vestra presentibus appendentes reddite litteras sub pena superius annotata. datum in Tabchinstein<sup>d</sup> 6 kalendas [julii]<sup>e</sup>.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. 6 sig. pend. laesis. Erkennbar auf der Legende des einen Siegels prepositi hospitalis . . . des zweiten plebani.*

*T 1 coll. ibid. or. mb. c. 7 sig. pend. laesis. Auf der Legende des einen Siegels erkennbar Rudolfi ar . . .*

*Ueber die Datirung des Stücks läßt die inserirte Urkunde, das Mandat des päpstlichen Legaten vom 9. Juni, keinen Zweifel.*

124. *Anselm von Rappoltstein, Kuno von Bergheim, Heinrich von Andlau und Werner von Landsberg geloben der Stadt Straßburg Sicherheit für den Tag ihres Ein- und Ausrittes. 1287 August 14.*

Wir Anshelm von Rapoltstein, Cūno von Bercheim, Heinrich von Andelahe und Wernhere von Landesberg tūnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehōrent, daz wir alle viere mittenander gelobent dem meistere und deme rate von Strazburg, das wir noch unsere gesinde niemanne duhein schaden tūnt von der stat Strazburg weder drūz noch drin des tages, so wir drūz oder drin geritent. beschehes aber, das sin wir schuldig unverscheidenliche ze widertūnne ane alle geverde. widerteten wirs niht, swenne denne wir drie Cūno von Bercheim, Heinrich von Andelahe und Wernher von Landesberg von des meisters wegen von Strazburg mit botten oder mit brieven drumbe gemanet werdent ze huse oder ze hove, so suln wir uns in den nehisten ahte tagen drumbe ze Strazburg in entwurten nach rehtere giselschefte

a) *T 1* Alamanniam. b) *T 1* quatenus. c) *T 1* add. vice nostra. d) *T 1* Tabchenstein. e) *T* et *T 1* junii offeubar verschrieben.



niemer lidig ze werdenne, wirn habent es widertän ane alle geverde. und swenne wir den burgeren von Strazburg oder sie uns dis viercehen naht vor widerbietent, so ist dis abe. herumbe sint unser ingesigele an disen brief gehenket zeime urkunde, das es stete blibe. dis geschach an deme dunrestage vor der erren mes, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und sibein und ahzig jar. 5

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K. lad. 23<sup>b</sup> or. mb. c. 4 sig. pend. Von den Legenden der Siegel noch Einzelnes zu erkennen, z. B. auf dem zweiten: Canonis de Berkei[m] quonda[m] lantvog . . .*

125. *Der päpstliche Legat Johannes fordert den Clerus der Straßburger Diocese und seines Legationsbezirks auf, die gegen die Straßburger Bürger gefällten Interdicts- und Bannsentenzen aufs strengste durchzuführen, und verschärft dieselben. 1287 September 5 Neuschâteau.* 10

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus discretis viris abbatibus archidiaconis archipresbyteris decanis plebanis ac aliarum ecclesiarum rectoribus incuratis et vicariis universis per Argentinensem diocesim necnon 15 omnibus et singulis infra nostre legationis terminos constitutis, ad quos littere presentes pervenerint, salutem in domino. cum nos propter manifestas et adeo notorias injurias, que nulla poterant tergiversatione celari, olim per magistros et consules tam presentis quam preteriti anni et quosdam alios cives Argentinenses sancte contemplationis vite viris religiosis dilectis in Christo nobis . . . priori et conventui 20 fratrum predicatorum domus Argentinensis dei timore postposito irrogatas in magistros consules et cives predictos ac omnes illos, qui eisdem in hujusmodi injuriis ad fovendum et tuendum easdem consilium auxilium vel favorem impenderent vel ipsis in ea obstinata pertinacitate persistentibus quomodolibet obedire presumerent, excommunicationis et in civitatem ipsorum interdicti sententias duxerimus proferendas, mandaverimus quoque ac fecerimus ipsos excommunicatos publice nunciari, aliasque sententias contra injuriatores hujusmodi duxerimus promulgandas, discreccionem et universitatem vestram monemus attente nichilominus iterato vobis et cuique vestrum sub excommunicationis pena <sup>a</sup>, quam in vos et vestrum quemlibet exnunc prout extunc 25 ferimus in hiis scriptis, si in hujusmodi nostri executione mandati negligentes fueritis vel remissi, quatinus omnes et singulos supradictos et specialiter excommunicatos nominatim denunciatis in ecclesiis vestris coram populo, campanis pulsatis, candelis accensis, diebus dominicis et festivis usque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nunciatis, facientes eosdem ab omnibus artius evitari, necnon in locis quibuslibet, ad que predicti magistri et consules ac alii nominatim excommunicati vel aliquis ipsorum declinaverint, quamdiu ibidem steterint, et post recessum eorum per triduum cessetis a divinis ac sententias alias per nos contra predictos latas exequi publicare ac inviolabiliter observare curetis. et quia predicti magistri et consules et nominatim excommunicati tanquam obstinati sententias nostras diu sus-

a) *Zu ergänzen precipientes oder mandantes.* 40

tinuerunt animis penitus induratis, et crescente contumacia crescere debeat et pena, participantes colonos inquilinos mercenarios et bona tenentes predictorum civium omnium et singulorum nominatim et canonica monitione premissa, ut ab ipsorum participatione desistant, quos a divinis excludimus per presentes, exclusos publice nuncietis. ad hec cum magistris consulibus et universitati civium predictorum olim, ut dicitur, de speciali gratia duxerimus concedendum, ut in altari ecclesie cathedralis seu in altari, quod dicitur altare civium vel matutinale virginis gloriose, tempore interdicti possent divina facere celebrari,<sup>1</sup> dummodo causam interdicto non darent, ac ipsi occasionem et causam manifestam dederint interdicto nec prerogativa indulgentiarum legatorum sedis apostolice gaudere debeant, qui gloriantes in malitiis ut aquam maledictionem bibentes eorum mandatis parere renuunt et contempnunt, concessionem gratias et indulgentias predictas et quascumque alias in ecclesia et altaribus quibuscumque olim per bone memorie predecessores nostros in partibus Alamannie prefate sedis legatos magistris consulibus et universitati predictae concessas tenore presentium revocamus cassamus frivolas et irritas nunciamus, sub anathematis interminatione inhibentes expresse, ne quis clericus vel sacerdos interdicto durante in civitate predicta in ecclesia vel altaribus antedictis divina celebrare presumat, ac mandantes vobis sub pena predicta, ut revocatas cassas irritas et inanes publice nuncietis indulgentias memoratas. ceterum cum quidam Mathias nomine canonicus sancti Stephani Argentinensis, prout accepimus, diabolica procul dubio et fantastica quadam suggestionem seductus se a sede predicta conservatorem seu iudicem eisdem civibus asserens deputatum, sententias nostras de facto, cum de jure nequiret, decreverit irritas et inanes ac in priorem et fratres predictos presumpserit excommunicationis sententias perperam promulgare, mandans et faciens eosdem excommunicatos publice nunciari, vobis et cuilibet vestrum sub eadem pena qua supra<sup>a</sup> districte mandamus, ut<sup>b</sup> ejusdem Mathie sententias de facto prolatas vel ferendas in posterum, si sententie dici possunt, quas, prout de jure nulle sunt, cassamus et nullius fore decernimus firmitatis, exequi quomodolibet presumatis, sed easdem nullas et irritas publice inter missarum sollempnia coram populo nuncietis, Mathiam vero eundem et nuncios, qui scienter litteras suorum processuum detulerunt, tamquam fautores sceleris perpetrati in priorem et fratres predictos, quia<sup>c</sup> ex nostris processibus excommunicationis sententiam incurrerunt, excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus artibus evitari, capientes ipsos auctoritate nostra ac usque ad condignam satisfactionem captivos detinentes eosdem, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. quod si aliquis vel aliqui ex vobis ad fratrum dictorum instantiam requisiti in publicatione executione ac aggravatione predictorum mandatorum et processuum nostrorum contra cives predictos necnon revocatione sententiarum dicti Mathie negligentes fuerint et remissi, discretis viris . . . abbati in Novillari ordinis sancti Benedicti . . . preposito ecclesie in Yttenwilr<sup>d</sup> et . . . scolastico sancti Germani

40 a) *T om.* qua supra. b) *T nec.* c) *S qui.* d) *T Ytenwiler.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 113.*

extra muros Spirenses Argentinensis et Spirensis diocesum nostris damus litteris in mandatis<sup>1</sup>, quod eum vel eos ex vobis, qui adimplere contempserint omnia et singula supradicta, per se vel per alium aut<sup>a</sup> alios excommunicatum seu excommunicatos publice nuncient vel faciant per censuram ecclesiasticam nunciari et nichilominus peremptorie ad nostram citent presentiam, ut vicesima die proxima non feriata post citationis ipsorum edictum compareant coram nobis per se vel per procuratores legitimos, quare nostris mandatis parere negligent, ostensuri et alias audituri ac recepturi, quod ordo dictaverit rationis. alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias, quantum suadebit justitia, procedemus, eorum contumacia vel absentia non obstante. datum apud Novum Castrum Tullensis diocesis nonis septembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*S aus Straßb. St. A. Vord Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. sig. pend. Auf dem Bug rechts B. de Fractis (?); Rückvermerk processus contra Argentinenses.*

*T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt vom Bischof Symon von Worms 1287 (in die b. Thome apostoli) December 21 Worms.*

*Ebenda Dominic. lad. 5 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt von den judices s. Moguntine sedis 1288 März 10 Mainz.*

*Stückweise gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 36<sup>b</sup> i. Straßb. St. A. bei Schöpflin Als. dipl. II, 38 nr. 756.*

126. Johannes Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus abbati in Novillari ordinis sancti Benedicti, preposito in Intenwilre ac scolastico sancti Germani extra muros Spirenses nuntiat, quod in magistros et consules tam presentis quam preteriti anni et quosdam alios cives Argentinenses eorumque fautores propter manifestas injurias priori et conventui fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis irrogatas sententiam excommunicationis promulgaverit et omnibus clericis per Argentinensem diocesim necnon infra legationis sue terminos constitutis mandaverit, ut eosdem in ecclesiis suis excommunicatos denuntient et ut sententias per Mathiam canonicum sancti Stephani Argentinensis in fratres predatores predictos latas tamquam inanes revocent eumque excommunicatum denuntient. legatus eisdem sub pena excommunicationis mandat, quatenus omnes, qui in executione premissorum negligentes fuerint vel remissi, ad denuntiationem fratrum dicti ordinis excommunicatos publice nuntient et ab omnibus artius evitari faciant citantes eosdem, ut die vicesima proxima non feriata post citationis edictum coram ipso legato compareant. alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias procedet legatus. nomina citatorum et dies citationis legato intimentur fideliter. «cum nos propter manifestas.» datum apud Novum Castrum nonis septembris anno domini 1287, apostolica sede vacante. 1287 September 5 Neuschâteau.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

<sup>a)</sup> *T add. per.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 126.*

127. *Der päpstliche Legat Johannes trägt dem Archipresbyter in Neuweiler auf, mehrere genannte Geistliche, welche die von ihm gegen die Bürger von Straßburg gefällten Interdicts- und Bannsentenzen für ungiltig erklärt haben, zur Verantwortung vor ihm zu laden. 1287 September 5 Neuschâteau.*

5 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus discreto viro . . archipresbytero in Novillari Argentinensis diocesis salutem in domino. cum Wernerus in Swindrasheim, Gotzo in Zabernia, . . in Lampertheim et Sifridus in Mittelburne ecclesiarum vicarii ad instantiam et mandatum Mathie canonici sancti Stephani Argentinensis, qui, prout accepimus, diabolica procul dubio et fantastica  
10 quadam suggestione seductus, qui se a predicta sede conservatorem et judicem magistris consulibus et universitati civium Argentinensium asserit deputatum, excommunicationis et interdicti sententias contra predictos magistros et consules necnon quosdam cives Argentinenses ac civitatem ipsorum per nos latas et processus nostros in suis ecclesiis publice irritas denuntiaverint et inanes, dictosque magistros consules  
15 ac cives vel aliquem occasione ipsarum ligatos non esse nec posse ligari aliquibus nostris excommunicationis vel interdicti sententiis publice asseruerint in nostre jurisdictionis elusionem ac sedis predictae contemptum, nichilominus priorem<sup>a</sup> et fratres ordinis predicatorum quondam domus Argentinensis excommunicatos publice nuntiando, discretionem tuam monemus attente nichilominus tibi sub excommunicationis  
20 pena<sup>b</sup>, quam in te exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, si in nostri executione mandati ad fratrum dicti ordinis instantiam requisitus negligens fueris et remissus, quatinus infra triduum a receptione presentium predictos peremptorie cites ex parte nostra, ut die vigesima proxima non feriata post tue citationis edictum per se vel per procuratores idoneos sufficienter et peremptorie compareant coram  
25 nobis suam, si poterunt, super hoc innocentiam ostensuri et alias audituri et recepturi, quod ordo dictaverit rationis; alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias, quantum suadebit justitia, procedemus, ipsorum contumacia vel absentia non obstante. diem autem et nomina citatorum nobis tuis litteris non differas intimare. datum apud Novum Castrum Tullensis diocesis nonis septembris anno domini 1287,  
30 apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

128. *Der päpstliche Legat Johannes zieht die den Straßburger Frauenklöstern bewilligte Erlaubniß zurück, einmal in der Woche in einem der Klöster während des Interdicts Gottesdienst zu halten. 1287 October 29 Clairvaux.*

35 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus . . priorisse sancti Marci ceterisque priorissis et conventibus sororum extra muros civitatis Argentinensis sub cura et regimine fratrum predicatorum degentibus salutem in domino. cum nos ut dicitur olim personis aliquibus de gratia speciali duxerimus

a) In beiden Wörtern sind die Buchstaben zum Theil durch ein Loch vernichtet. b) Zu ergänzen mandantes.  
Str. II.

concedendum, quod semel in septimana in uno claustrorum vestrorum possent clausis januis divinis officiis interesse et recipere eucaristie sacramentum, quia per tales gratias solvitur nervus ecclesiastice discipline et aliis, quibus non conceditur gratia consimilis, scandalum generatur, omnes dictas gratias et indulgentias seu licentias cassamus irritamus et presentibus revocamus mandantes et inhibentes vobis, ne deinceps occasione dicte licencie ad divina aliquem admittatis. ceterum, si cuiquam auctoritatem concessimus personas de civitate Argentinensi absolvendi, quia nostras sententias non servarunt, licentias et concessionem easdem auctoritate, qua fungimur, revocamus. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 4 kalendas novembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

129. Johannes Tusculanus episcopus sedis apostolice legatus archiepiscopis et episcopis universis infra legationis sue terminos mandat sub pena suspensionis, ut sententias excommunicationis in magistros consules et quosdam cives Argentinenses necnon in Mathiam nomine canonicum sancti Stephani Argentinensis et interdicti in civitatem eorum latas exequi publicare aggravare et inviolabiliter observare curent. «cum nos propter manifestas.» datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 2 nonas novembris anno domini 1287, apostolica sede vacante. 1287 November 4 Clairvaux.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

*Ebenda Dominic. lad. 5 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt von Bischof Peter von Basel 1288 Februar 18 Basel.*

130. Der päpstliche Legat Johannes ermahnt die deutschen Bischöfe, das über die Stadt Straßburg verhängte Interdict namentlich gegen die Reuerbrüder und Reuerinnen, welche dasselbe mißachten, streng durchzuführen. 1287 November 26 Clairvaux.

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus venerabilibus in Christo patribus . . . archiepiscopis et episcopis universis infra partes Alamanie constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. cum nuper propter facinus in karissimos nobis fratres predicatorum domus Argentinensis a magistris et<sup>a</sup> civibus Argentinensibus perpetratum civitatem ipsorum inter alias graves et aggravatas sententias interdicto ecclesiastico subderemus<sup>b</sup>, nostre sententie quidam multipliciter illuserunt. nam fratres et sorores de penitentia vel, ut superinducto utamur vocabulo, de tertia regula plus solito se apud fratres minores, quorum non magis interest quam aliorum, ingessere divinis et persuasibilibus humane sapientie verbis tamquam cujusdam exemptionis<sup>c</sup> spe plurimos sibi atrahere studuerunt. profecto quibus hujusmodi temeritatis audaciam magis quam vobis et vestre negligentie imputemus? nam cum esset aliquando a vobis in vestros subditos lata excommuni-

<sup>a</sup>) *T* magistris et zum Theil auf Rasur. <sup>b</sup>) *T* subderemus auf Rasur an Stelle eines längern Wortes.

<sup>c</sup>) *T* exemptionis auf Rasur.

cationis et interdicti sententia, premisse persone apud dictos fratres minores et apud sanctam Claram vel alibi non sunt veriti audire divina et ecclesiastica suscipere sacramenta, unde factum est, ut jam in multis partibus Theuthonie soluto magis ac magis nervo ecclesiastice discipline pravi mucronem pontificum, quo piacula resecari  
 5 consueverant, nesciant formidare, quam enervatam comperiunt cum facilitate detestabili claudicare. expergiscimini<sup>a</sup> igitur, quorum est satagere, ne vineam domini sabahot vulpes demoliantur parvule, providentes, ne malis per moras longiores convalescentibus adhibeatur sera et inefficax medicina; set cito remedium conveniens apponentes non paciamini a prefatis personis auctoritatis vestre sententias violari. ecce enim nos  
 10 fratres et sorores de penitentia sive de tercia regula, quorum habet concessio, sicut vidimus sub sigillo curie Argentinensis, quod tempore generalis<sup>b</sup> interdicti possunt in locis privilegiatis audire divina et ecclesiastica recipere sacramenta, adjecto nisi causam interdicto darent vel id ipsis contingat specialiter interdicti in civitate Argentinensi expresse ac nominatim, specialiter interdiximus constituentes et precipientes  
 15 firmiter sub pena excommunicationis, ne quis eorum durante interdicto nostro et causa civium Argentinensium cum fratribus predicatoribus presumat audire divina vel ecclesiastica suscipere sacramenta. universitati igitur vestre sub pena excommunicationis late in hiis scriptis precipimus, quatinus premissam sententiam ubique, sicut oportunum videbitur, ad requisitionem ipsorum fratrum predicatorum publicetis et  
 20 eodem modo contra tales eciam vestras sententias inantea defendatis nichil hesitantes, quia privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 kalendas decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

25 *Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. III, 599 (ex Rom. tabular. ordinis praedicat.) ohne Adresse und Datum.*

131. *Der päbstliche Legat Johannes ermahnt die Franciskaner von Straßburg, Schlettstadt, Hagenau und Offenburg, das über die Stadt Straßburg verhängte Interdict strenger zu beobachten und namentlich die Reuerbrüder und Reuerinnen  
 30 von jeder gottesdienstlichen Handlung auszuschließen. 1287 [November 26] Claireaux.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus religiosus viris dilectis nobis in Christo . . . guardianis et conventibus Argentinensi, Slezstatensi, Hagenowensi, Offenburgensi ordinis fratrum minorum salutem in domino.  
 35 non sine gravi dolore cordis accepimus, vos fratribus predicatoribus adeo fore molestos pariter et infestos, quod cum pressuras civium Argentinensium evadere vel saltem equo tollerare animo potuissent, de vestris predicationibus publicis et familiaribus cum adversariis ipsorum consiliis adipisci nequiverunt hactenus justicie complementum, persuadentibus enim vobis, ut dicitur, vel ex vobis aliquibus, quod sentencie nostre  
 40 contra ipsos cives late nullius vel parvi forent ponderis et quod licite pseudosacer-

a) *T die Silben isci auf Rasur.* b) *T generalis auf Rasur.*

dotum in Argentina celebrantium, cum sint interdicti et per nos excommunicati, possit populus insipiens audire divina. ex verbis enim hujusmodi involutis et expressis seu circumlocutionibus talibus ecclesie Romane et nobis illatum est obprobrium, ceteris periculum et plurimis scandalum procuratum. adhuc nempe dictos fratres non erubescitis concidere vulnere super vulnus, cum in ecclesias vestras in nostrarum sententiarum prejudicium introducitis de tertia regula promiscui sexus multitudinem, ibidem et apud sanctam Claram ac alibi prebentes ecclesiastica sacramenta, hanc regulam et ex ea regulares, cum ad vos non pertineat, nisi minister fratrum minorum et minister fratrum de penitentia idem numero dici possint. superveniente calamitate fratrum predicatorum instancius et constancius predicastis, vix compositis, ne dicamus, clausis hostiis celebrastis, ac si de illorum fletu vobis ridere liceat, qui flere cum flentibus gaudere cum gaudentibus debuistis. an excidere a memoria potuit, quod in primo sollempni edicto prohibuimus loci episcopo de nostro mandato exequente, ne vos vel sorores sancte Clare nostrum violaretis quomodolibet interdictum<sup>1</sup>. porro hec non solum fratrum predictorum nova, set antiqua querella noscitur prelatorum, quod per ministros et fratres ac sorores predictas de penitentia, usitato vel ut ficto sermone «de tertia regula» dicamus, solvitur undique nervus ecclesiastice discipline. quapropter huic morbo tam generale quam efficax remedium adhibentes juxta tenorem privilegii ipsorum fratrum de penitentia et sororum, quod sub sigillo curie Argentinensis perspeximus, ubi dicitur: nisi causam dederitis interdicto vel id vobis contingat<sup>a</sup> specialiter interdicti, ipsos fratres et sorores de penitentia sive de tertia regula durante interdicti nostri sententia contra cives memoratos specialiter et expresse interdicens et sub pena excommunicationis, quam monitione decem dierum premissa, exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, prohibemus districte predictos fratres et sorores de penitentia, ne quispiam sive apud vos sive alibi presumat audire divina vel ecclesiastica recipere sacramenta, nisi salutis proprie contemptores velint sibi iudicium manducare. ceterum sedulitate paterna circumspectionis vestre prudentiam commoneamus, quatenus attendentes, quod vos una cum fratrum predicatorum ordine tamquam duo luminaria divina sapiencia in lucem gentium destinavit, non sinatis vobis lumen opprimi a potestatibus tenebrarum, sed eadem fides et compassio vos probet esse germanos, ut tollatur scandalum cum obprobrio dicentium: isti declinantes in obligationes alios cupierunt in necessitate, ut consueta uterentur cum favore plebejo libertate. datum apud monasterium Clarevallense Lingonensis diocesis 6<sup>b</sup> decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend. Die Schrift des Stücks ist hier und da durch Wasser beschädigt und ausgelaufen. Für die Datirung November 26 spricht der Inhalt des Stücks im Zusammenhang mit nr. 130 mehr als für das Datum December 8, das ebenfalls in Betracht kommen könnte.*

*Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. III, 597 (ex Rom. tabular. ordinis praedicat.) ohne Datumsangabe.*

a) *T* contitigat.    b) *T* kalendas wohl vergessen.

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 125.*

132. *Der päpstliche Legat Johannes fordert die deutschen Bischöfe auf, gegen die Straßburger Bürger, falls sie auf ihren Feindseligkeiten gegen die Dominikaner beharren, die weltliche Macht zu Hilfe zu rufen, und untersagt besonders mehreren Städten, ferner Handelsverkehr mit denselben zu pflegen. 1287 December 8 Clairvaux.*

5 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus venerabilibus in Christo patribus . . . archiepiscopis et episcopis per partes Alamanie constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem et sinceram in domino caritatem. cum circa consules et cives Argentinenses multa remedia temptaverimus, ut salutis sue non essent prodigi, set pre oculis habentes iudicium magni dei ab injuria fratrum  
10 ordinis predicatorum Argentinensium desisterent et post sententiarum a nobis in ipsos latorum aculeos respiscerent, nec profecerimus eo, quod post expulsionem ipsorum fratrum adhuc a tergo dispersos insaciabiliter persequuntur edendo statuta ut dicitur, et proponendo edicta ac pollicendo promissa, quatinus dicti fratres capti-  
15 vitatem personarum, atrocitates vulnerum aut mortis exterminium paciantur, paternitatis igitur vestre constanciam monemus et ortamur<sup>a</sup> in domino et nichilominus vobis omnibus et cuilibet vestrum sub pena suspensionis, quam in vos et vestrum quemlibet ferimus exnunc prout extunc in hiis scriptis, si hujusmodi nostrum mandatum neglexeritis adimplere, districte precipimus, quatinus, cum a fratribus premissis fueritis requisiti, quindecim dierum monitione premissa, nisi dicti consules et cives  
20 hujusmodi statuta deleverint, edicta retractaverint et, quecumque in ipsorum fratrum injurias machinati sunt, emendaverint ac de illatis injuriis satisfecerint competenter, aut si domum jam dictorum fratrum, quam sub protectione sedis apostolice dudum<sup>b</sup> specialiter suscepimus, destruxerint, contra ipsos invocetis auxilium brachii secularis, precipientes in virtute obedientie et in remissionem peccaminum injungentes principibus  
25 ducibus marchionibus lantgraviis comitibus baronibus militibus iudicibus consulibus et aliis, qui ex dispensatione divina non sine causa gladium portant, quatinus corroborato virtutis brachio et accensi zelo, quo etiam usque ad mortem fidelis quisque pro justitia non immerito agonizat, adversus consules et cives predictos consurgere non formident, bona ipsorum tam diu auctoritate presentium capientes et detinentes,  
30 donec ipsis fratribus satisfaciant de preteritis in eos excessibus et de non inferendis in futurum prestant ydoneam cautionem. licet itaque cum excommunicatis communicare non liceat, set hiis generaliter omnibus juris auctoritas interdicat, quia tamen plus timeri solet, quod specialius inhibetur, nos cum eisdem magistris et civibus Argentinensibus tot excommunicationum sententiis innodatis universis et singulis  
35 Christi fidelibus et specialiter Basiliensis, Vriburgensis, Columbariensis, Slezstatensis, Spirensis, Warmaciensis, Maguntinensis et Coloniensis civitatum et opidorum civibus universis et singulis interdiciamus commercium omne spontaneum ita, quod ipsis nec ab eisdem civibus Argentinensibus emere aut ipsis aliquid vendere liceat vel aliquem cum eis contractum seu quamcunque obligationem inire. porro ad executionem  
40 presentium mandatorum universos vos et singulos teneri volumus ita, quod in

a) *T* hortatur. b) *T* om. dudum. c) *T* om. Christi fidelibus et specialiter Basiliensis et rep. interdiciamus commercium omne spontaneum.



executione sub pena predicta alter alterum non expectet, quin etiam ad ea, que aliis in hoc negotio facienda mandaveritis, noveritis similiter vos teneri. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 idus decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

*T 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend.*

5

133. *Der päpstliche Legat Johannes gestattet den Dominikanern von Straßburg, sich innerhalb der Straßburger Diöcese nach ihrem Belieben niederzulassen, und droht Allen, welche sie daran hindern würden, mit Bann und Interdict. 1287 December 8 Clairvaux.*

10

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus dilectis nobis in Christo. .priori et fratribus quondam domus Argentinensis salutem in domino. licet de domo vestra, in qua sedulum domino consuevistis impendere famulatum, vis civium vos ejecerit importuna, nolumus tamen, quod finaliter sic Argentinensem diocesim relinquatis, quominus devoti vestri optato in consiliis et confessionibus solatio potiantur. scimus enim, quod subducta luce tenebra terram et caligo didicit populos opperire et relegatis pastoribus hujus aeris lupo caulis ovium invigilat, deficientibus quoque vere fidei predicatoribus, hereses haut dubium pullulabunt. quapropter, non obstante contradictione cujusquam, in diocesi predicta et aliis vicinis oppidis secundum quod oportunum judicaveritis, de consilio. .prioris provincialis vestri vobis parate convenientes vestro proposito mansiones, in quibusdam cum altari portatili sine juris prejudicio alieni celebrantes, in quibusdam tanquam ab apostolica sede missi pariter et vocati oratoria et officinas alias erigentes. quicumque vero vos receperint et foverint tanquam dei domesticos et amicos, pax et benedictio super illos. qui autem vos expulserint vel ejecerint maxime timore civium Argentinensium vel favore, nisi infra octo dies vos revocaverint cum honore, quam diu absentes fueritis<sup>a</sup>, loca eorum extunc maneat et sint auctoritate presentium supposita interdicto, et consules locorum eorundem hoc agentes seu consentientes excommunicationis sententiam incurrant, quam exnunc prout extunc in eos ferimus in hiis scriptis. cooperatione enim et favore dampnabili communicant in crimine criminosis. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis concessionis et vocationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 idus decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

*T 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend.*

a) *T 1 add. quia sunt divinis indigni auf Rasur.*

134. Frater Heinricus sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis abbatibus archydiaconis prepositis archy-  
presbyteris decanis plebanis ac aliarum ecclesiarum rectoribus incuratis et vicariis  
per Spirensis diocesim constitutis auctoritate mandati domini Johannis Tusculani  
5 episcopi legati, cujus tenor est insertus<sup>1</sup>, sub pena suspensionis mandat, quatinus  
omnes sententias contra cives Argentinenses et Mathiam canonicum ac alios latas  
exequi publicare aggravare et observare curent. «noveritis nos recepisse.» datum  
in Heilbrunne anno domini 1287 in die beate Lucie virginis. 1287 December 13  
Heilbronn.

10 *T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.*

135. *Anselm von Rappoltstein und Kuno von Bergheim klagen der Stadt Straß-  
burg, daß ihr Bürger Heyde von Wasselnheim das Geleit gebrochen habe, und  
bitten um Abhilfe. [1287—1288].*

Den erbern herren dem meistere und dem rate von Strazburg embüt ich Anshelm  
15 von Rapoltstein und Cüne von Bergheim der alte alles lieb und allez güt. wir  
klagent úch, daz der Heydene von Wasselnheim uwer burger in dem geleite, daz  
ir uns gabent vúr úch und vúr alle uwere burgere, uns nú gelaget hette uf der  
strasze, da wir nú von úch schiedent. wellent ir daz misselöben, so sendent uwere  
ersamen botten her uf zú uns. den geben wir güt geleite und machent ez kúntlich  
20 und werlich, daz irs wol glöbent, und bittent úch, daz ir uns diz abelegent von  
uweren burgere iemer durch unseren dienst.

25 *S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 218<sup>a</sup> mit der Ueberschrift daz der von Rapoltz-  
steine den von Strazburg het geklaget abe dem Heyden von Waszelnheim. Das Stück  
ist wohl mit den nr. 124 u. 137 in Zusammenhang zu setzen und dürfte daher in die  
Jahre 1287 oder 88 gehören.*

136. *Kuno von Bergheim erbietet sich der Stadt Straßburg zur Zeugenaussage.  
[1287—1288].*

Viris prudentibus magistro et consulibus civitatis Argentinensis Cūno de Berg-  
heim senior eorum concivis servicii et honoris quicquid potest. vestre prudencie  
30 significo per presentes, quod quam primum coram vobis comparere potero, quod  
offero me probaturum testimonium veritati cum tribus vel quatuor personis ydoneis,  
quod curia, super qua Betzemannus Stanpf coram vobis est tractus in causam, quod  
eandem curiam detinet seu possidet tytulo ypothece et eam jam decem annis et  
amplius ita possedit pacifice et quiete. et si michi inducias ad hoc, quod coram  
35 vobis comparere possim perhibiturus testimonium predictum, denegaveritis<sup>a</sup>, rogo,

a) *S denagaveritis.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 129.*

ut duos de consilio ad me destinatis, qui testimonium hujusmodi nomine vestro recipiant et vobis de hoc referant veritatem rei geste. valeat vestra salus.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 100<sup>b</sup> mit der Ueberschrift Cänen von Bergheim gezügüszte und sin sagen in einer sachen. Mit Rücksicht darauf, daß sich Kuno von Bergheim als concivis bezeichnet, ist das Stück jedenfalls nach 1286 August 27 zu setzen, vergl. nr. 110. Da ferner von Waffenstillstand die Rede ist, so gehört es wohl in die Jahre 1287 und 88, vergl. nr. 124, 135 und nr. 137.*

137. *Anselm von Rappoltstein und Kuno von Bergheim bewilligen der Stadt Straßburg und den Vögten von Wasselnheim einen kurzen Waffenstillstand. 1288 Januar 13.*

Ich Anshelm von Rapolstein und ich Cäne von Berckeim der alte tünt kunt allen den, die disen brief sehent oder gehorent lesen, daz wir gent ein fride und eine trostunge. .dem meistere deme rate und der gemeinde von Strazburg<sup>a</sup> und den vogeten von Wasselnheim allen hinnant unze an den mendag nach sante Glerins mēz und den tåg allen, ze varende ze deme tage ze Slezstat uf und abe und swar sie wellent ane angest libez und gūtez, fur uns und fur Heinrichen von Andela und fur Wernhern von Landesberg und fur . .den Waffeler von Eckerich und fur alle unsere helfere und fur allez unser gesinde getruweliche und ane geverde. und daz sie wol sicher und ane angest sin, derumbe hant wir in disen brief geben besigelt mit unseren ingesigeln zu urkunde. diz geschach und dirre brief wart geben an sante Glerins tåg dez vorgenanten, do von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und ahte jar und ahtzic jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23<sup>b</sup> or. mb. e. 2 sig. pend. mutil.*

138. *Erzbischof Heinrich von Mainz fordert den Clerus der Diöcesen Mainz und Speier auf, die Ausführung der Strafmandate gegen die Bürger von Straßburg bis auf Weiteres zu vertagen. 1288 Februar 13 Mainz.*

Frater Henricus dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis abbatibus archidiaconis prepositis archipresbyteris decanis plebanis et aliarum ecclesiarum rectoribus incuratis et vicariis per Maguntinam et Spirensen civitates et dyoceses constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. ut inter honorabiles viros priorem et fratres ordinis predicatorum domus Argentinensis ex parte una et magistrum consules et universitatem civium civitatis ejusdem ex parte altera bonum pacis et concordie reparetur, ad exhortacionem sollicitam serenissimi domini nostri regis Romanorum

a) Strazburg auf durchlöcherter Stelle.

illustris<sup>1</sup>, ac etiam contemplacione earundem partium, quarum utrumque zelamur honores, disponimus deo propicio interponere partes nostras, cum temporis se obtulerit aptitudo. et quia efficacius et salubrius ejusdem pacis provenire effectum speramus optatum, si dicti . . . magister consules et cives per execucionem<sup>a</sup> mandatorum, que  
 5 contra ipsos recepimus a reverendo patre domino Johanne episcopo Tusculano apostolice sedis legato, dissimulacione senserint sibi deferri, execucionem mandatorum ipsorum, quam contra eosdem magistrum consules et cives necnon Mathiam canonicum ecclesie sancti Stephani Argentinensis et alios occasione ipsorum vobis nuper injunximus faciendam, propter bonum pacis in suspenso volumus vos habere, quousque aliud per nostras litteras vobis dederimus in mandatis. datum Maguntie idus  
 10 februarii anno domini 1288.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 43a mit der Ueberschrift daz der erzbischof von Mencez dez bischofs Tusculān benne ufgezogen het gegen den von Strazburg von der prediger wegen, unze daz er anderwarbe sine briefe darumbe git.*

139. Reinboto Eystetensis episcopus<sup>2</sup>, privilegiorum fratrum ordinis predicatorum iudex conservator per dominum Honorium papam quartum constitutus, mandat archipresbyteris in Bromat, in Novillari, in Kirchhein et in Barre Argentinensis dyocesis sub pena excommunicationis, quatenus litteras ipsius, quas fratres ordinis memorati conventus Argentinensis iis assignaverint, per nuncium suum ad clericos sibi subditos  
 20 sine more dispendio dirigant et, cum hoc fecerint, ipsi sub sigillis suis litteris fidelibus intiment. «cum nos sanctissimi». datum Eysteten 12 kalendas marcii anno domini 1288. *Februar 18 Eichstädt.*

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend.*

140. Coram officialibus curiarum dominorum prepositi, decani, thesaurarii, Alberti  
 25 de Steineburnen, Johannis de Erenberg, Heinrici de Liechtenberg et Johannis de Ochsenstein archidiaconorum ecclesie Argentinensis Cünradus dictus de Wasserstelz canonicus ecclesie Argentinensis, procurator totius cleri civitatis et dyocesis Argen-

a) *S* execucionum.

<sup>1</sup> Von König Rudolf berichten die *Annal. Colmar. maj. zum Jahr 1288 April 1*: Rex Ruodolphus et episcopus Argentinensis et cives Argentinenses et domini terre in Columbaria pacis foedera jura-verunt; insuper inter fratres predicatorum et cives Argentinenses componere voluissent (*Mon. Germ. SS. XVII, 215*). In dasselbe Jahr, nicht zu 1286, ist wohl eine von Colmar aus datirte Urkunde ohne Zeitangabe zu setzen, in welcher der Provinzial der Dominikaner die Brüder zu Bern an des Königs Verdienste um den Orden erinnert mit den Worten: item cum indignationem civium Argentinensium pateremur, in opidis suis nos sustinuit sustineri ac benignius sustentari. *Vergl. Winkelmann Acta imp. ined. II, 746 nr. 1067.*

<sup>2</sup> Derselbe befiehlt dem Probst des Hospitals zu Hagenau vom Orden der Prämonstratenser unter Strafe des Bannes, den in Hagenau weilenden Priester Nikolaus, welcher auf Bitten der Straßburger Dominikaner von ihm citirt, suspendirt und excommunicirt ist, an allen Sonn- und Feiertagen feierlich als einen gebannten zu erklären. Dasselbe soll unter gleicher Strafe in der Pfarre St. Georg geschehen. *or. mb. c. sig. pend. ohne Datum, wohl in das Jahr 1288 gehörend i. Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5.*

September 9

tinensis, contra mandatum Johannis Tusculani episcopi apostolice sedis legati, datum apud Novum Castrum Tullensis dyocesis 5 idus septembris anno 1287, quo archiepiscopo Maguntino et episcopis suffraganeis ejus pro suis procuracionibus secundi anni legationis<sup>1</sup> mille et quingentas marcas argenti ad pondus Coloniense imposuit, ad sedem apostolicam appellat. «cum venerabilis in Christo.» actum anno domini 1288 idus martii. März 15.

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 3465 cop. ch. sec. XVI i. Copialbuch des Straßb. Domcapitels fol. 126—30.

141. *Rudolf der Meister und die Brüder vom Hospital zu Straßburg beurkunden die Privilegien desselben. 1288 April 16.*

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentis littere inspectoribus seu auditoribus frater Rudolfus humilis minister et collegium fratrum hospitalis sancti Leonhardi in Argentina orationes devotas in domino cum noticia subscriptorum. scire cupimus universos et presentibus protestamur, nos seu nostram domum hospitalis Argentinensis inter cetera esse a divo Conrado quondam Romanorum rege glorioso<sup>2</sup> necnon a felicis recordationis quondam Argentinensi episcopo<sup>3</sup> esse privilegiatos in hunc modum, quod videlicet omnia bona, que in presentiarum habemus aut in posterum justis rationibus acquirere poterimus, et predicta domus nostra sub tali regie potestatis privilegio immunitate perhenni est, et sunt roborata et munita et taliter confirmata, quod nulla ecclesiastica secularisve persona jus aut potestatem habeat, omnibus bonis nostris, que ad hospitalem domum pertinent, vias publicas et usum aque et pasuorum interdicendi. item felicis recordationis episcopus pre-nominatus nobis indulsit et nostre domui precipiens in verbo dei et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape Honorii sub anathematis vinculo confirmavit, ne quisquam bona hospitalis nostri Argentinensis sibi usurpare vel distrahere audeat vel in alium quam in usum pauperum expendere presumat. in hujus autem veritatis testimonium sigillum sancti Leonhardi hospitalis Argentinensis presentibus est appensum. datum anno domini 1288, feria sexta ante Georgii.

C aus Colmar. Hosp. A. HH 11 or. mb. c. sig. pend. delapso.  
Gedruckt darnach i. Revue d'Alsace II, 240.

142. *Die Pfleger des Straßburger Hospitals beurkunden Rechte und Freiheiten desselben. 1288 April 16.*

Wir Lucas von Eckeversheim und Hug Ripelin rittere und pflegere des spittals ze Strazburg tünt kunt allen den, die disen brief geschent oder gehörent, das der

<sup>1</sup> Für das erste Jahr der Legation hatte der Bischof von Straßburg 200 Mark Silber gezahlt. Darüber liegt die Quittung vor, ausgestellt von Petrus de Gualengis canonicus basilice principis apostolorum ac camerarius Johannis Tusculani episcopi. Straßburg 1286 November 7. cop. ch. sec. XVI i. Straßb. Bez. A. G fasc. 3466 fol. 87 a.

<sup>2</sup> Vergl. UB. I, 75 nr. 94.

<sup>3</sup> Bischof Heinrich von Veringen im Jahr 1220, vergl. UB. I, 151 nr. 187.

spittal ze Strazburg von des meisters und des rates gnaden von Strazburg ist von  
 alter her kumen in dirre gewonheite, das man in die stete het gehalten durch got  
 und dur rehte liebi und durch friuntschaft: swenne ieman den anderen ze tode  
 slüg oder in wundete, das man deme numme nachvolgete denne unce an des  
 5 spittals tor, ob er entran in den spittal. § ist och daz deme schultheissen oder den  
 rihteren duhein gevangene entran in den spittal, der nachvolgen was och nuwen  
 unce an des spittals dor. hinin entätent sie kein getwang. § was och das ieman sin  
 gut vlöhte in den spittal, das enfronde kein rihter dinne. § die des spittals brüdere  
 sint, die enbiclaget nieman vor weltlicheme gerihte. herumbe han wir unser inge-  
 10 sigele an disen brief gehenket zeime urkunde. dis geschach, da von gots gebürte  
 warent tusent jar zweihundert jar und ehtewi und ahzig jar, an deme frietage vor  
 sante Geryen tage.

*C aus Colmar. Hosp. A. A fasc. 7 or. mb. c. 3 sig. pend. partim laesis. Erhalten das  
 Ripelin'sche Siegel. Dorsualvermerk von einer Hand des 14. Jahrh. littera pro libertate  
 15 hospitalis pauperum in Columbaria<sup>1</sup>. Die im Stück gesetzten Paragraphenzeichen sind  
 wiedergegeben.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. II, 40 nr. 759.*

143. *Pabst Nicolaus IV gibt dem Probst von St. German zu Speier den Auf-  
 trag, er möge alle diejenigen, welche dem Straßburger Frauenkloster St. Marx  
 20 Zins und Abgaben vorenthalten, zur Zahlung zwingen. 1288 April 22 Rom  
 St. Peter.*

Nicolaus<sup>2</sup> episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . preposito ecclesie sancti  
 Germani extra muros Spirenses salutem et apostolicam benedictionem. querelam  
 dilectarum in Christo filiarum . . . priorisse et conventus monasterii sancti Marchi extra  
 25 muros Argentinenses ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum  
 predicatorum viventium recepimus continentem, quod nonnulli clerici et ecclesiastice  
 persone tam religiosi quam seculares etiam in dignitatibus et personatibus constitute  
 ac barones, milites et laici Basiliensis Argentinensis et Spirensis civitatum et dio-  
 cesum, qui terras domos possessiones et alia bona immobilia sub annuo censu vel  
 30 redditu a monasterio ipso tenent, hujusmodi censum seu redditum eis contra justitiam  
 exhibere non curant, quamquam terrarum domorum possessionum et aliorum bono-  
 rum premissorum possessionem pacificam habeant et fructus integre percipiant  
 eorundem, propter quod prefatis priorisse et conventui grave imminet prejudicium

<sup>1</sup> Beide Urkunden nr. 141 und nr. 142 sind darauf zurückzuführen, daß König Rudolf in einem  
 35 Privileg für das Colmarer Armenspital von 1288 April 2 erklärt: omnes libertates jura et privilegia  
 concedimus, que hospitali pauperum apud Argentinam a nostris antecessoribus et a quibuscumque  
 aliis sunt tradita et concessa. or. mb. c. sig. pend. i. Colmar. Hosp. A. Gedruckt darnach bei Schöpflin  
 Als. dipl. II, 39 nr. 757. — Böhmner R. Rud. nr. 951.

<sup>2</sup> Nach der Bulle Nicolaus IV.

et eidem monasterio non modicum detrimentum<sup>1</sup>. cum autem pro parte ipsarum priorisse et conventus ad nostram providenciam super hoc habitus sit recursus, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos clericos, personas ecclesiasticas, barones milites et laicos ad exhibendum prefatum censum et redditum priorisse et conventui memoratis integre, ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione compellas proviso, ne in terras dictorum baronum excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. datum Rome apud sanctum Petrum 10 kalendas maji pontificatus nostri anno primo.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 14 or. mb. Bulle an Hanfshmur. Kostenvermerk unten links - - mit Haken über dem letzten Strich, darunter mehrere unverständliche Zeichen, etwa ilb per; auf dem Bug rechts f. R. Oben rechts in der Ecke c zweimal durchstrichen, ebenso etwas tiefer cor. Dorsualvermerk im doppelten Rahmen N. Waldini, etwas tiefer unter Bogen und Strichen B.*

144. Plebanus de Geypolzheim Argentinensis dyocesis nuntiat episcopo Eystedensi, se secundum mandatum episcopi receptum 5 kalendas maji decanos sancti Petri et sancti Thome Argentine ad presentiam episcopi publice inter missarum sollempnia citasse, ut die tricesima a die citationis apud illum comparerent. «paternitati vestre notum facio.» datum in Geyspolsheim anno domini 1288, 5 kalendas maji. 1288 April 27 Geispolsheim.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend.*

145. Matthias Canonicus von St. Stephan zu Straßburg fordert den Pfarrclerus von Eichstädt auf, er möge den Bischof von Eichstädt unter Strafansdrohung veranlassen, von seinen Vorladungen Straßburger Geistlicher und andern Uebergriffen abzustehen. 1288 Mai 14.

Mathias canonicus ecclesie sancti Stephani Argentinensis iudex conservator auctoritate sedis apostolice deputatus reverendo domino decano majoris ecclesie et rectori sive plebano et viceplebano ecclesie parrochialis sancte Marie Eystedensis necnon aliarum ecclesiarum parrochialium Eystedensium plebanis viceplebanis seu rectoribus universis, quibus littere presentes exhibite fuerint, salutem in domino.

<sup>1</sup> Einen bestimmten Fall der Art berührt das Breve Pabsts Bonifaz VIII 1295 Februar 13 Lateran, in dem er den Scholasticus von St. Thomas anweist, eine Klage des St. Marzklosters zu untersuchen, quod Waltherus de Gurbade miles ac universitas, majores et sculteti ville de Baldeburne Argentinensis diocesis super terris debitis possessionibus et rebus aliis injuriantur eidem. Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 16 or. mb. Bulle an Hanfshmur. Auf dem Bug rechts h p. Dorsualvermerk im Doppelrahmen N. Waldini, darunter von anderer Hand frater Petrus de Basilea.

venerabilis pater dominus episcopus Eystedensis, conservatorem se asserens privilegiorum fratrum predicatorum per Theutoniam a sede apostolica constitutum, honorabiles dominos decanos sancti Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium, conservatores privilegiorum civitatis Argentinensis a sede apostolica delegatos, pro eo, quod iidem decani fratres predicatorum committendo vices suas nobis contra indulta privilegiorum eorundem fratrum excommunicari, ut idem dominus episcopus asserit, indebite procuraverunt, suam potestatem conservatoriam, si quam habet, contra et supra jus amplians et extendens moneri mandavit, ut infra decendum a receptione litterarum prefati domini episcopi monitoriarum dictis fratribus de illatis, ut dicitur, injuriis satisfaciant competenter; alioquin dictus dominus episcopus eosdem dominos decanos citari mandavit, ut tricesima die a tempore publicationis litterarum suarum monitoriarum earundem comparere debeant coram ipso domino episcopo in Eysteten audituri et recepturi, quod dictaverit ordo juris, et suam innocentiam ostensuri. nonnullos quoque viceplebanos parrochialium ecclesiarum sive clericos Argentinensis dyocesis pro eo, quod mandata nostra et processus auctoritate apostolica a nobis emissos exequi curaverunt, idem dominus episcopus ad suam presenciam indebite evocari mandavit, prout in litteris prefati domini episcopi vidimus contineri. et sicut nobis est per facti<sup>a</sup> evidenciam patefactum, sicque jurisdictio nostra, qua nescimus auctoritate, ex parte ejusdem domini episcopi injuste turbata est hactenus multipliciter et turbatur perperam et inique. ceterum cum non sit dubium, nos in quoscunque nostram jurisdictionem seu processuum nostrorum executionem impediendo posse animadvertere juxta canonicas sanciones, idcirco volentes freno justicie predictarum transgressionum injurias cohibere, discretioni vestre, qua fungimur auctoritate, sub pena excommunicationis sententie, quam in vos, trium dierum monicione premissa, scripto presenti ferimus, si non feceritis, quod mandamus, districte precipimus, quatenus diligenter prefatum dominum episcopum moneatis, ut a citationibus et presumptionibus hujusmodi desistat inantea et ut revocet, quicquid in nostre jurisdictionis elusionem seu prejudicium attemptavit, et quod super revocatione hujusmodi suas patentes litteras suo sigillo signatas nobis transmittere non obmittat infra octo dies a receptione presencium numerandos, quodque de cetero similia non attemptet; alioquin extunc prefatum dominum episcopum, quem extunc prout exnunc pro manifesta injuria et offensa hujusmodi ab ingressu ecclesie et a sacerdotali ministerio salva sua reverencia et ab officio suspendimus in hiis scriptis, suspensum ab hiis coram clero et populo Eystedensi in vestris ecclesiis intra missarum sollempnia publice nuncietis, intimantes eidem domino episcopo, quod, si a presumptionibus hujusmodi non destiterit, nos censura ecclesiastica contra ipsum severius procedemus. et quia propter viarum discrimina periculosum est, predictas conservatorias litteras sedis apostolice vobis in vera substantia destinari, tenorem ipsarum vobis sub sigillo curie Argentinensis duximus dirigendum, ipsas vobis sub vera bulla in civitate Argentina, cum a vobis requisiti fuerimus, ostensuri. in executione quoque mandati nostri hujusmodi alter alterum non expectet. datum et actum feria 6 ante festum

a) T perfecti.



pentecostes anno domini 1288. r[eddite] litteras sub pena predicta sigillorum vestrorum appensione signatas in testimonium mandati nostri hujusmodi per vos legitime executi.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend. Außerdem sind am untern Rande des Stücks drei Pergamentstreifen so abgeschnitten, daß sie zum Anheften des Siegels dienen sollten; doch findet sich von letztern keine Spur.*

146. Johannes sancti Thome et Nycolaus sancti Petri ecclesiarum Argentinensium decani ab episcopo Eistetensi moniti<sup>1</sup>, quia ipsis diverse et varie exceptiones competunt contra monicionem et citacionem episcopique jurisdictionem, ad proponendum hec omnia et allegandum exceptiones necnon ad appellandum magistrum Rudigerum de Ehenheim procuratorem suum constituunt, ratum habituri, quicquid fecerit, et judicatum solvi promittentes pro ipso sub ypotheca rerum suarum. sigilla curie decani et archidyaconi ecclesie Argentinensis appendunt. «intelleximus quod vos asserentes». datum feria 5 post dominicam pentecostes anno domini 1288. Mai 20.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 cop. vid. mb. c. sig. pend., ausgestellt von Bischof Reimboto von Eichstädt, zugleich über nr. 147.*

147. Rüdiger von Ehenheim appellirt als Vertreter der Dekane von St. Thomas und St. Peter von Straßburg vor dem Bischof von Eichstädt an den päpstlichen Stuhl. 1288 Mai 28 Eichstädt.

Coram vobis venerabili patre domino episcopo Eistedensi, conservatore privilegiorum fratrum predicatorum per Theutoniam, ut dicitur, a sede apostolica constituto, ego magister Rudigerus de Ehenheim, procurator reverendorum dominorum decanorum sancti Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium, conservatorum privilegiorum civitatis Argentinensis a sede apostolica delegatorum, cum dominos meos decanos predictos pro eo, quod viros religiosos fratres predicatorum committendo vices suas reverendo domino Mathie canonico ecclesie sancti Stephani in Argentina contra indulta privilegiorum suorum excommunicari, ut dicitis, indebite procurarunt, auctoritate vestra monitos intellexerim, ut infra decendum a receptione litterarum vestrarum monitoriarum dictis fratribus de illatis injuriis, ut dicitur, satisfaciant competenter, alioquin eosdem dominos meos decanos predictos citari mandaveritis, ut tricesima die a tempore publicacionis litterarum vestrarum earundem comparere debeant coram vobis in Eysteten audituri et recepturi, quod dictaverit ordo juris, et suam innocenciam ostensuri<sup>2</sup>, excipiendo propono et dico dictorum dominorum meorum decanorum nomine et pro ipsis<sup>a</sup>, quod dicta vestra monicio et citacio calumpniosa est frivola et iniqua, et quod predicti domini decani coram vobis venire non debent vel vobis parere, quodque vos in eosdem dominos decanos anim-

a) *T rep.* et pro ipsis.

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 144.*

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 144.*

advertere non potestis ex eo, quod predicti domini decani conservatores dati a sede apostolica privilegiorum civitati Argentinensi ejusque civibus et incolis indultorum committendo vices suas domino Mathie canonico ecclesie sancti Stephani predicti hoc jure fecerunt, cum cuilibet delegato a principe jurisdictio dandi judicem concedatur  
 5 a jure, ut probatur extra de of. deleg. c. pastoralis<sup>1</sup> et c. quoniam apostolica sedes<sup>2</sup>. igitur commissio predicta juris permissione facta injuriosa dici non potest notorie neque vere, nec vos auctoritate conservatoria cognoscere vel vos intromittere potestis, utrum domini decani predicti hoc de jure vel injuria fecerint. probatur hoc et notatur expresse per dominum Innocencium super constitutione nova extra de  
 10 of. deleg. statuimus<sup>3</sup>. notatur etiam hoc idem per dominum Hostiensem in summa sua<sup>4</sup> de off. deleg. § quibus modis ejus jurisdictio prorogetur versu. item fit prorogatio ex vi clausule generalis et cetera. auctoritate enim conservatoria, si quam habetis, a manifestis injuriis et violenciis tantum potestis defendere eos, quos sedes apostolica vobis defendendos commisit, servata forma mandati apostolici, nec ad  
 15 alia, que judicialem indaginem exigunt, vestram potestis extendere potestatem, ut probatur in preallegata constitutione nova statuimus. sed et vestra monicio et citacio nullam facit mencionem de injuria aliqua notoria vel excessu manifesto vel notorio mencionem. item si predictus dominus Mathias fratribus predicatoribus aliquam injuriam irrogasset, hoc dominis decanis predictis suo jure functis reputari  
 20 non posset, sed potius inputandum foret predicatoribus, qui coram eodem domino Mathia suum privilegium, si quod habent, nec aliquid aliud allegarunt nec etiam appellarunt. propter quod sententia excommunicationis majoris per eundem dominum Mathiam prolata contra ipsos ligati sunt fratres predicti maxime ex contemptu. sicque audiendi non sunt coram vobis nec est eis aliquatenus respondendum. item con-  
 25 servacionis littere, si que sunt, quarum auctoritate procedere intenditis, vel privilegia fratrum predicatorum de conservacione decanis predictis commissa vel privilegia civibus et incolis civitatis Argentinensis concessa<sup>a</sup> nullam faciunt mencionem nec ea revocant quoquo modo. unde vos de ipsis vel processibus ex eis vel ab eis secutis judicare vel cognoscere non habetis, sed minorem potestatem<sup>b</sup> vel ad majus equalem.  
 30 propter quod iterum in decanis predictis animadvertere non potestis, cum non habeatis imperium par in parem, item quia locus Eistetensis predictus ultra terciam vel quartam dietam a finibus Argentinensis dyocesis distat, item quia mortuo domino papa mandatore littere conservatorie, si que sunt, quarum auctoritate procedere intenditis, exspirarunt, re integra existente, item quia iidem domini mei decani  
 35 coram vobis apud Eysteten venire vel comparere non possunt nec audent propter

a) *T* concessis.    b) *oder* potius ?

<sup>1</sup> C. 28 X de off. jud. del. (1,29).

<sup>2</sup> C. 43 X de off. jud. del. (1,29).

<sup>3</sup> Innocentii apparatus super quinque libros decretalium, Argent. 1478 Lib. I fol. 101<sup>b</sup>: «statuimus ut conservatores.»

<sup>4</sup> Henrici cardinalis Hostiensis Summa aurea, Lugdun. 1588 fol. 58<sup>b</sup>. Lib. I, 10.

viarum discrimina et propter metum, qui potest cadere in constantem. peto igitur a vobis, quatenus in dicto negocio supersedere velitis et quod dominos meos decanos predictos ab inquietacione hujusmodi absolvere velitis et ulterius non vexare. et ne, excepcionibus et defensionibus hujusmodi non admissis, contra dominos meos decanos predictos per vos vel alium quempiam auctoritate vestra, si quam habetis, excommunicationis suspensionis vel interdicti aut alia quevis sententia proferatur et ammonicione et citacione vestra et gravamine predicto dictis decanis indebite per eas illato, sedem apostolicam in hiis scriptis appello et apostolos instanter peto, me et dominos meos decanos predictos et res ipsorum protectioni sedis apostolice supplicando. testimonium quoque super hiis invoco presencium dominorum.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 cop. mb. vidim. c. sig. pend., ausgestellt vom Bischof Reimboto von Eichstädt. Ohne Absatz wird an presencium dominorum der für die Fortführung des Proceßes und für die Datirung wichtige Passus angeschlossen: hiis porrectis per copiam super excepcionibus contra procuratorii formam et personam ejus, qui se procuratorem asserit, ac replicacionibus datis super excepcionibus propositis, est dies assignata ad interloquendum videlicet crastinum Marie Magdalene et ad procedendum, quantum de jure fuerit procedendum, absencia partis alterius non obstante. datum in Eistete 5 kalendas junii anno domini 1288.*

Juli 25

148. Reinboto Eystetensis episcopus plebano in Westhoven et plebano in Zallenwille Argentinensis dyocesis sub pena excommunicationis mandat, cum plebanus superioris ecclesie in Westhoven et plebanus in Stozheim, prout frater Petrus de Monasterio procurator fratrum ordinis predicatorum in provincia Theutonie nuntiavit, de mandato Mathie canonici sancti Stephani Argentinensis sententias per Johannem Tusculanum legatum latas tamquam inanes revocaverint et ipsos fratres excommunicatos nuntiaverint, quod, si premissa vera sint, dictos plebanos moneant, infra octo dies a tempore monicionis fratribus satisfacere; alioquin eosdem publice excommunicabit. littere sigillate in signum mandati executi reddantur. «sua nobis frater Petrus.» datum in Werdenvels anno domini 1288, 13 kalendas<sup>a</sup> augusti. 1288 Juli 20 *Werdenfels*<sup>1</sup>.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend. Nur das Bischofssiegel hängt an.*

149. Konrad von Feuchtwangen, Präceptor des Deutsch-Ordens, und Landcomthur Berthold von Gepsenstein vereinbarten sich mit dem St. Thomascapitel, die Entscheidung ihres Streits über den Bau eines Deutsch-Ordenshauses im Pfarrsprengel von St. Aurelien zwei Schiedsrichtern zu übertragen. 1288 Juli 20.

Universis presencium inspectoribus frater Cunradus de Führtwangen preceptor fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani per Alamanniam neonon

<sup>a)</sup> Das Datum ist von derselben Hand mit anderer Tinte als der Text geschrieben.

<sup>1</sup> Unter dem gleichen Datum gibt der Eichstädter Bischof den Archipresbytern in Schlettstadt und Rheinau den Auftrag, alle Laien und Cleriker, welche nicht aufhören die Straßburger Dominikaner zu bedrücken, auf Aufforderung der letztern vor ihn zur Verantwortung zu citiren. or. mb. c. sig. pend. ebenda. Auch hier ist das Datum mit anderer Tinte hinzugefügt.

frater Bertoldus de Gebizenstein provincialis fratrum Theutonicorum eorundem per  
 Alsaciam et Burgundiam, item Fr[idericus] prepositus et capitulum ecclesie sancti  
 Thome Argentinensis salutem et noticiam subscriptorum. scire cupimus universos,  
 quod mota questione seu dissensione super edificatione seu constructione oratorii  
 5 facti vel faciendi de novo per fratres nostros domus Argentinensis in curia dicta  
 der Stubewegehof sita inter limites parrochie sancte Aurelie extra muros Argenti-  
 nenses<sup>1</sup>, quod nos prepositus et capitulum predicti in nostrum prejudicium dicimus  
 esse factum eo, quod dicta ecclesia sancte Aurelie parrochialis ad nostram ecclesiam  
 sancti Thome predictam pertinet pleno jure, tandem intervenientibus fide dignis, et  
 10 ut pax inter nos perpetua et concordia, que nos condecet, permaneat prestante  
 domino, qui est largitor omnis boni, super dictis questionibus seu dissensionibus  
 nos commendatores predicti nostro nomine et fratrum nostrorum dictam curiam  
 inhabitantium pro parte nostra in honorandum virum dominum Hermannum thesau-  
 rarium ecclesie Argentinensis compromisimus et compromittimus per presentes. nos  
 15 vero prepositus et capitulum predicti pro nostra parte in dominum Johannem deca-  
 num ecclesie nostre predictae compromisimus et compromittimus per presentes tam-  
 quam in arbitros compromissarios, arbitratore et amicabile compositores ita, quod  
 iidem dictas questiones seu dissensiones inter nos habitas usque ad festum beati  
 Martini proximo venturum decidant sine strepitu iudicii in scriptis vel sine scriptis,  
 20 jure vel amice, in presencia nostri commendatorum vel ausencia, presentibus tamen  
 fratribus dictam curiam inhabitantibus vel aliquo ex eis nomine eorundem. placet  
 etiam nobis partibus hinc et inde, quod tractatus possint habere dicti domini arbitri  
 seu arbitratore in presencia partium. item placuit nobis partibus predictis, quod si  
 dictum negocium terminatum non fuerit usque ad terminum predictum, quod ipsi  
 25 duo facultatem habeant dictum terminum prorogandi, prout eis visum fuerit expe-  
 dire. nos eciam partes predictae promittimus, quod si aliquem de predictis arbitris  
 seu arbitratoribus, antequam dictum negocium terminetur, cedere vel decedere, quod  
 absit, vel abesse plus debito contingeret, quod pars, pro qua hoc fieret, eque  
 ydoneum pacificum, prout fas est, debeat subrogare, fraude et dolo penitus circum-  
 30 scriptis. item nos partes predictae scripto presenti et litteris presentibus obligamus  
 nos et nostros successores ad observandum ordinationem, compositionem et pronun-  
 ciationem, quam dicti arbitri seu arbitratore jure vel amice duxerint faciendam seu  
 statuendam, sub periculo cause pro pena posita a nobis hinc et inde, renunciante  
 quoad hec pro nobis et nostris successoribus omnibus actionibus exceptionibus  
 35 consuetudinibus statutis tam publicis quam privatis et specialiter restitutionis in  
 integrum, et omnibus litteris impetratis vel impetrandis undecunque et a quocunque,  
 quibus contra ordinationem seu pronunciationem dictorum dominorum arbitrorum  
 seu arbitratorum factam jure vel amice venire possemus vel juvari ad presens vel  
 eciam in futurum, de omnibus predictis cerciorati de verbo ad verbum. specialiter

November 11

40 a) *T* cujus.

<sup>1</sup> Vergl. über die Niederlassung der Deutschordensbrüder zu Straßburg im Jahr 1286 Königshofen  
 i. D. St. Chron. IX, 732.

Str. II.

autem renunciamus juri seu juribus quantum ad omnia et singula premissa dicentibus, generalem renunciationem non valere. in quorum evidentiam nos frater *Cunradus* preceptor et frater *Bertoldus* provincialis predicti nostra sigilla, item nos . . . prepositus et capitulum sancti Thome predicti sigillum dicti capituli presentibus duximus apponenda. anno domini 1288 proxima tertia feria ante festum beati Arbogasti.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 11 or. mb. c. 3 sig. pend.  
Erwähnt bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de St-Thom. p. 247.*

150. *Pabst Nicolaus IV trägt dem Bischof von Worms auf, die strenge Durchführung der über die Bürger von Straßburg verhängten geistlichen Strafen zu übernehmen. 1288 Juli 28 Rieti.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo Warmaciensi salutem et apostolicam benedictionem. detestandi excessus in dilectos filios . . . priorem et fratres ordinis predicatorum Argentinenses per . . . magistros . . . consules et alios cives Argentinenses commissi<sup>a</sup> tanto acerbius nostrum animum 15 perturbarunt, quanto enormius dinoscuntur in divine majestatis offensam, derogationem<sup>b</sup> ecclesiastice libertatis, turbationem regularis observantie ac suarum animarum dispendium redundare. dicti namque<sup>c</sup> prior et fratres gravi nobis conquestione monstrarunt, quod cum iidem magistri consules et cives a priore ac eisdem fratribus petiissent, ut nullum de civitate predicta infra etatis sue annum octavum decimum 20 constitutum absque parentum suorum consensu in ordine predicto recipere, et quod ad observationem hujusmodi et quorundam aliorum articulorum similium se per suas patentes litteras obligarent, quia prefati prior et fratres attendentes, quod iidem articuli absque dei offensa et gravi prejudicio dicti ordinis ac animarum periculo non poterant observari, eorum in hac parte<sup>d</sup> petitioni annuere noluerunt, 25 nominati magistri consules et cives, ad locum predictorum fratrum cum securibus contra eosdem fratres altis vociferando clamoribus hostiliter accedentes, hostia officinarum et claustrum ejusdem loci cum ipsis securibus exciderunt nec hiis contenti, tamquam proprie salutis prorsus obliti, dictos priorem et fratres in prefato claustrum ausu sacrilego recluserunt, portas ipsius claustrum firmissimis obstaculis obserando 30 ita, quod nec ipsis exitus nec aliis patebat ad eos accessus, alias eisdem priori et fratribus graves injurias irrogando. cumque premissa ad venerabilis fratris nostri Johannis Tusculani episcopi tunc in partibus illis apostolice sedis legati notitiam pervenissent, idem legatus sue legationis auctoritate venerabili fratri nostro . . . Argentinensi episcopo suis dedit litteris in mandatis<sup>1</sup>, ut, si suffragaretur veritas 35 supradictis, prefatos magistros consules et cives ex parte ipsius legati moneret, quod ab hujusmodi sacrilega dictorum prioris et fratrum artatione post hujusmodi monitionem

a) *S comissi.* b) *S derogationem.* c) *S namque.* d) *S eorum in hac parte auf Rasur.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 115.*

penitus desistentes de hujusmodi injuriis ipsis illatis infra triduum satisfacerent  
 competenter, alioquin extunc civitatem predictam ecclesiastico supponeret interdicto.  
 et licet idem episcopus Argentinensis, postquam sibi plene constitit de premissis,  
 ad predictam monitionem juxta mandatum ipsius legati faciendam dictis magistris  
 5 consulibus et civibus processisset<sup>1</sup>, quia tamen iidem<sup>b</sup> magistri consules et cives,  
 dicta monitione contempta, predictos priorem et fratres post prefatum terminum in  
 monitione ipsa eis prefixum nullam ipsis satisfactionem de predictis injuriis impen-  
 dere curaverunt, idem episcopus Argentinensis in civitatem ipsam interdicti senten-  
 tiam exigente justitia promulgavit. demum autem dicti prior et fratres, quos ex  
 10 diutina subtractione victualium fame affectos predicti magistri consules et cives vix  
 permiserunt predictum locum exire, coacti sunt ab eadem civitate recedere et ad  
 loca alia se transferre. et cum premissa essent adeo notoria, quod nulla poterant  
 tergiversatione celari, prefatus episcopus Argentinensis de speciali mandato dicti  
 legati super hoc sibi facto, quia prefati magistri consules et cives moniti diligenter  
 15 dictos priorem et fratres infra competentem terminum eis ab eodem Argentinensi<sup>c</sup>  
 episcopo assignatum ad locum eorum dicte civitatis revocare ac eis de predictis  
 injuriis satisfacere contumaciter non curarunt, excommunicationis sententiam, quam  
 idem legatus propter hoc in eosdem magistros et consules ac in illos, qui dictis  
 magistris et consulibus in statutis ipsorum editis vel edendis contra libertatem  
 20 ecclesiasticam in dictorum prioris et fratrum prejudicium et gravamen consilium  
 vel auxilium impenderent aut in eisdem quomodolibet obedirent, necnon in sacer-  
 dotes, qui in civitate ipsa aut suburbiis seu appenditiis ipsius, durante ipso interdicto,  
 divina officia celebrarent, necnon et quoslibet alios, qui prefatum interdictum temere  
 violarent, protulerat, publicavit<sup>d</sup> denuntians nichilominus loca, ad que dicti magistri  
 25 consules seu alii propter hoc excommunicati pro tempore declinarent, quamdiu in  
 ipsis remanerent, et per triduum post eorum recessum fore per eundem legatum  
 supposita ecclesiastico interdicto. sed cum magistri consules et cives ac sacerdotes  
 sententias ipsas pertinaciter tolerarent, dictus legatus predictas excommunicationis  
 et interdicti sententias per locorum ordinarios et alios prelatos ac rectores eccle-  
 30 siarum regni Alamannie mandavit sollempniter innovari, et demum prefatis magistris  
 consulibus civibus et aliis excommunicatis in sua pertinacia perdurantibus, quia ex  
 aliorum participatione fortius indurescere videbantur, dictus legatus moneri fecit  
 inquilinos colonos et mercenarios ipsorum, quod ab eorum participatione penitus  
 abstinerent; alioquin a communione divinorum excludebat eosdem<sup>2</sup>. ac Mathiam  
 35 canonicum ecclesie sancti Stephani Argentinensis, qui non sine multa temeritate  
 predictas sententias ipsius legati mandavit irritas nuntiari, canonica monitione pre-  
 missa, excommunicationis vinculo innodavit. verum nominati magistri consules atque  
 cives et nonnulli sacerdotes, qui in dicta civitate divina officia celebrarunt et propter

a) S processisset.

b) S quia tamen iidem *auf Rasur*.

c) S num *bis* Argentinensi *auf Rasur*.

d) T promulgavit.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 117.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 125.

hoc pefatam excommunicationis sententiam incurrerunt, easdem sententias dampnabiliter contempnentes eas per annum et amplius sustinuerunt animis induratis redire ad mandatum<sup>a</sup> ecclesie non curantes. quare predicti prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut oportuna super hoc remedium adhibere paterna sollicitudine curarem. quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, si tibi de plano et sine strepitu iudicii constiterit de premissis, aliquibus frivolis appellationibus ex parte dictorum magistrorum consulum et civium ab huiusmodi sententiis et processibus interjectis nequaquam obstantibus, pefatas excommunicationis et interdicti sententias faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari, predictos magistrorum consules et cives ac sacerdotes excommunicatos, pefatam vero civitatem interdicto suppositam, donec super hiis iidem excommunicati congrue satisfecerint, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per omnia loca, in quibus expedire videris, publice nunties et ab aliis nuntiari facias et ab omnibus artius evitari et alias contra ipsos<sup>b</sup> excommunicatos, si eorum pertinacia exegerit, aggravas manum tuam, invocato nichilominus ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis, rescripturus nobis, quicquid super premissis duxeris faciendum. datum Reate 5 kalendas augusti pontificatus nostri anno primo.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Links unterm Bug Kostenvermerk xx; auf dem Bug rechts Jo. Sal. Auf der Rückseite N. Waldini; weiter unten quer von andrer, aber gleichzeitiger Hand magistro Johanni de Angelo et magistro Johanni Engelberti.*

*T coll. i. Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Beim Kostenvermerk noch R[ecepit] Jo. Sal., darunter f, Añz(?) Auf dem Bug rechts Schreibervermerk T. Per pro. Ab. Sub. Procuratorvermerk derselbe wie bei S.*

151. Archipresbyter in Rinowe, plebani in Westhoven et in Geyspolzheim ac vicarius in Hagenowia notum faciunt, quod inter missarum sollempnia mandatum episcopi Eystetensis<sup>1</sup> contra Johannem sancti Thome et Nicolaum sancti Petri ecclesiarum Argentinensium decanos executi sint, sigilla sua appendentes. «quod nos inter.» datum anno domini 1288 infra octavam assumptionis virginis gloriose. August 16-22.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 4 sig. pend. Von Siegellegenden erkennbar s. Johannis plebani in Geizbotzheim und s. Hugonis . . . in Hagen.*

152. Bischof Simon von Worms theilt der Stadt Straßburg mit, er habe sie dem päpstlichen Befehl gemäß vorladen lassen, und ermahnt sie zum friedlichen Vergleich. [1288] October 7 Stein.

Sy[mon] dei gratia Wormatiensis episcopus honorabilibus viris et discretis magistro . . . consulibus et ceteris civibus Argentinensibus totius boni plenitudinem

a) T mandata. b) S ipsos auf Rasur.

<sup>1</sup> Von diesem Mandat sind die Anfangsworte quia Johannes und der Schluß mandati nostri fideliter executi interseriert.

cum salute. cum nos in causa, que inter vos ex parte una et fratres predicatorum ex altera vertitur, procedere cupiamus juxta mandatum nobis directum apostolicum<sup>1</sup> super eo nec audeamus subterfugium de hoc querere ullo modo, significandum vobis duximus per presentes, quod, sicut per vestros nuncios vice alia nos rogastis, litteras nostras honorabilibus viris . . . scolastico et . . . cantori ecclesie sancti Thome Argentinensis misimus, quibus vos citent usque in crastinum Martini. quare vestre discrecioni consulimus et hortamur cum affectu, quatenus medio tempore bonum pacis et concordie attemptetis. et nos ad hoc toto nisu volumus interponere nostras partes. datum apud Lapidem Serigii et Bachi.

November 12

10 [in verso] discretis viris . . . magistro et . . .  
consulibus Argentinensibus.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. defic. Die Jahresdatirung des Stücks ergibt sich aus nr. 150.*

15 153. Pabst Nicolaus IV gibt dem Straßburger St. Stephanskloster die Erlaubniß, während des Interdicts Gottesdienst im Stillen halten zu dürfen. 1288 October 31 Rom St. Maria maggiore.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . . abbatisse et conventui monasterii sancti Stephani Argentinensis ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, divina officia audire et per capellanum proprium facere celebrari, dummodo vos aut idem capellanus causam non dederitis interdicto nec id vobis contingat specialiter interdicti. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Rome apud sanctam Mariam majorem 2 kalendas novembris pontificatus nostri anno primo.

20 *B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2622 or. mb. c. b. delapsa. Kostenvermerk - - darunter Jāc bēl, auf dem Bug rechts nur ein p erkennbar. Auf der Rückseite Ludewicus Palatrolen.*

5 154. Die Dominikaner von Straßburg beschließen, um ihre Schulden zu tilgen, Bücher, Paramente u. A. bis zum Werthe von 200 Mark zu veräußern. 1288 December 28 Schlettstadt.

Omnibus presens scriptum visuris nos fratres ordinis predicatorum conventus Argentinensis, Alradus prior, Thomas et Johannes Abbas vicarii fratrum in Hagnawia et in Slezstat ceterique fratres conventus predicti salutem in domino sempiternam.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 150.



notum esse cupimus, quod sufficienti deliberacione prehabita de communi consensu fratrum propter debita urgencia contracta et contrahenda dilectis nobis in Christo fratribus Martino librario et Wernhero Coquinario sacriste dedimus in mandatis, quatenus de libris paramentis et calicibus ac rebus aliis distrahant inpignorent aut penitus alienent usque ad summam ducentarum marcarum proviso, quod sine murmure creditoribus satisfiat. ad hanc obligacionem distraccionem volumus eos uti sigillo conventus nostri aut prioris solius seu prioris et conventus simul, fratribus ad hoc minime convocandis. ratum enim habebimus et gratum, quicquid divisim aut conjunctim fecerint vel ordinaverint de premissis. ad pleniorum vero certitudinem predictorum ego prior predictus sigillum meum et nos fratres premissi sigillum nostri conventus duximus presentibus apponendum, postulantes a reverendo patre priore provinciali, quatenus hoc factum, ad quod necessitate et utilitate evidenti inducimur, auctoritate sua communiret. porro in execucione presentis mandati prefatos *Martinum* et *Wernherum* sic fore volumus in solidum constitutos, ut alter eorum vicem alterius obtineat, si grave esset ipsis forsitan convenire. quodsi aliquis premissorum obierit vel<sup>a</sup> exequi nequierit, ego prior vel qui vices meas gesserit, teneatur sine mora alium subrogare. ego frater Hermannus prior provincialis predictus hanc ordinacionem ratam habeo, necessitate fratrum pensata, propter quod sigillum officii nostri apponi presentibus procuravi. datum Slezstat in die innocentum anno domini 1288.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 3 sig. pend. mutil.*

155. *Proceßschrift der Dominikaner gegen die Stadt Straßburg. [Winter 1288—1289].*

In nomine domini amen. hee sunt replicationes . . . prioris et fratrum predicatorum conventus Argentinensis contra exceptiones et rationes propositas pro parte magistri consulum et civium Argentinensium contra eosdem fratres. [I] ad primam exceptionem, qua dicitur inter cetera, rescriptum obtentum per ipsos . . . priorem et fratres non valere pro eo, quod in eo mentio non habetur de sententia interdicti lata per legatum in magistros et universitatem et civitatem Argentinenses, respondetur, quod ipsa exceptio non valet pro eo, quod dicti fratres coram vobis non prosecuntur observationem sententie interdicti prefati promulgate per dictum legatum et super ea non inpetra-  
verunt ad vos aliquod rescriptum, quod vobis [additur]<sup>c</sup> presentatum. et quando voluerint prosequi observationem dicte sententie, tunc fiet, quod justum fuerit, maxime cum legatus plures sententias tulerit ex diversis causis contra predictos aliququaliter, quarum observationem prosequuntur dicti fratres coram vobis, de quibus plenaria mentio fit in rescripto predicto. et predicta sententia interdicti ex una causa promulgata fuit per ipsum legatum et alie sententie, quarum observationem prosequuntur dicti fratres, ex altera causa, unde, cum sint se minime contingentes, licite potuerunt inpetrare super predictis sententiis, quas prosequuntur tacito de dicta sententia interdicti. et si de dicta sententia fecissent expressam mentionem, nichilominus inno magis et cicius et facilius

a) *T* propter infirmitatem *ausgestrichen*. b) *T* super utrumque locum *ausgestrichen*. c) *S* addu<sup>o</sup>.

dictum rescriptum inpetrasset. preterea esto<sup>a</sup>, quod ex eadem causa omnes sententie prolate essent per legatum; adhuc non tenebantur, nisi voluissent, facere mentionem de dicta sententia interdicti, cum per predictum rescriptum ejus observationem non prosequantur coram vobis ad presens. et non sunt omnia de processu exprimenda, sed tantum substantialia, sine quibus rescriptum subsistere non posset. non enim idcirco minus is, cui ex aliquo rescripto cognitio delata est, judicare potest, quod ex gestis quedam in precibus obmissa proponuntur. nec obstat decretalis inter monasterium<sup>1</sup> allegata per partem adversam, quia sic sano debet intelligi intellectu, in eo videlicet, contra quem processum est, quod, si inpetret rescriptum contra ipsum processum, pro se non valet, nisi de processu et serie et etiam causa fecerit mentionem. et sic intelligitur dicta decretalis inter monasterium, in qua jam erat ad testium receptionem processum, quod, si expressisset inpetrans, nullas penitus inpetrasset litteras. et sic etiam intelligitur decretalis de cohabitatione clericorum et mulierum super eo<sup>2</sup>. [2] ad secundam exceptionem, quâ inter cetera dicunt, rescriptum predictum non valere ex eo, quod dicti . . prior et fratres prevenerunt diligentiam predictorum magistrorum consulum et civium in inpetrando, et ex eo, quod non fecerunt mentionem de appellatione ipsorum, quam dicunt se interposuisse a dicta sententia interdicti legati prefati, respondetur, quod licuit eis prevenire eos in inpetrando, cum terminus appellationi ipsorum prosequende a dicto legato prefixus non fuit nec etiam a fratribus predictis, nec tenebantur fratres predicti de appellatione predicta aliquam facere mentionem. et sic intelligitur sano intellectu decretalis bone de confirmatione utili vel inutili<sup>3</sup> et de appellationibus oblate<sup>4</sup>. et sic notant dominus Innocentius<sup>5</sup> et etiam Ostiensis<sup>6</sup> super eis, licet Bernardus in nota sua<sup>7</sup> videatur dicere, quod de appellatione partis adverse mentio fieri debeat, et inducat ad suam opinionem fundandam decretalem de rescriptis ex parte<sup>8</sup>, que non loquitur de appellatione adversarii sed de appellatione propria, ut expresse in textu ibidem dicitur. preterea esto sine prejudicio, quod dicte decretales bone et oblate intelligerentur, secundum quod pars adversa eas allegat; adhuc non tenebantur fratres facere mentionem de dicta appellatione interposita a sententia interdicti dicti legati, cum non agant ipsi fratres ad observationem dicte sententie interdicti legati prefati nec inpetraverint rescriptum predictum super ea sed super aliis, a quibus non dicunt se appellasse a legato prefato. et sic, quodocunque super eis voluerunt inpetrare, potuerunt nec dici possunt in hoc aliquorum diligentiam prevenisse. nec preteritu

a) wohl zu ergänzen sine prejudicio.

<sup>1</sup> C. 20 X. de sen. et re jud. (2,27).

<sup>2</sup> C. 5 X. de cohab. cler. et mul. (3,2).

<sup>3</sup> C. 3 X. de conf. ut. vel inut. (2,30).

<sup>4</sup> C. 57 X. de appell. (2,28).

<sup>5</sup> Innocentii Appar. (Argent. 1478) lib. II fol. 103 «super observacione».

<sup>6</sup> Henrici Host. Summa aurea (Lugduni 1588) lib. II fol. 153<sup>b</sup> de appell. rubr. 6.

<sup>7</sup> Bernardi Parmensis Appar. ad decretales Gregorii IX (Henr. Eggesteyn, Straßburg) «prioribus istud intellige.»

<sup>8</sup> C. 12 X. de rescr. (1,3).

appellationis interposite a sententia interdicti prefata potuit impediri sententia aliqua alia legati precedens vel subsequens appellationem eandem, cum legatus sit ordinarius in provincia sibi decreta; unde, si in una causa appelletur ab eo etiam legitime, nichilominus remanet iudex in aliis et tenebit ejus sententia, nisi iterato appelletur ab ea. idem est, si ex diversis causis diversas sententias proferat contra eosdem ad instantiam partis unius vel ex officio. et hoc jura dicunt expresse. [3] ad tertiam exceptionem, qua inter cetera dicitur, quod non valet dictum rescriptum pro eo, quod facti seriem dicti fratres tacuerunt, respondetur, ut supra responsum est ad primam. preterea admittenda non est, ut jacet<sup>a</sup> ex eo, quod non narratur in ea, que facti series tacita fuerit. [4] ad quartam exceptionem, in qua inter cetera dicitur, rescriptum non valere predictum ex eo, quod continet in constructione sive in latinitate, respondetur, quod, si diligenter inspiciatur, nullum vitium in latinitate continet, licet forte aliqua superhabundent. preterea esto sine prejudicio, quod contineret in latinitate peccatum. adhuc nichilominus valet et fides adhiberi debet eidem, maxime cum vera bulla sit appensa eidem, que bulla omnem suspicionem tollit, ut in decretali ex parte de fide instrumentorum<sup>1</sup> dicitur et expresse notant Innocencius<sup>2</sup> et Ostiensis<sup>3</sup> et decretalis illa ad audienciam<sup>4</sup> intelligitur, quando non solum vitium latinitatis erat in eis, sed etiam alias erant suspecte in filo vel in bulla vel in aliis, ut ex ipsa decretali expresse habetur, cum dicatur in ea «super absolutione sua litteras cui, ut prima facie videbatur, apostolicas presentavit.» et illud verbum quoniam, quod ponitur in littera, non est redditum cause tantum false latinitatis, nisi suspicio fuisset predicta, vel intelligitur decretalis illa, quando nimia falsitas latinitatis et insueta et in multis locis est in litteris apostolicis. et non constat alias de inpetratione ipsarum vel de certa scientia pape vel vicecancellarii. et hoc est, quod in ea dicitur «quoniam manifestam continent» et cetera. nec possunt dicere, quin inpetratum fuerit predictum rescriptum sub forma predicta et transiverit per audientiam publicam et per manus officialium curie, secundum quod alia rescripta transire consueverunt, cum procuratores ipsorum magistrorum consulum et civium presentes in curia fuerint et in audientia contradixerint rescripto predicto, in quantum potuerunt, et copiam ipsius habuerint et sciverint ipsum bullatum. propter que omni suspicione caret. et allegatione ista utuntur fratres predicti etiam ad id, quod dicunt predicti magistri consules et cives, dictos fratres eos prevenisse in inpetrando, cum inpetrasse potuissent et tunc presentes fuissent, si habuissent aliquod rationabile super appellatione aliqua vel super aliquo alio inpetrandum. quod vero super dicta decretali ad audientiam notat Bernardus<sup>5</sup>, quod ideo latinitas falsa non debet esse in litteris apostolicis, quia per multas manus transeunt, non obstat, quia sepe manus et oculus fallitur officia-

a) *S zweifelhaft ob jacet oder tacet; vielleicht patet.*

<sup>1</sup> *C. 11 X. de fide instr. (2,22).*

<sup>2</sup> *Innoc. Appar. lib. II fol. 64.*

<sup>3</sup> *Henr. Host. Summa aurea lib. II fol. 123<sup>b</sup> de fide instr. rubr. 2.*

<sup>4</sup> *C. 11 X. de rescr. (1, 3).*

<sup>5</sup> *Bernardi Parmensis Appar. «sed rescriptum domini pape transit per multas manus.»*

lium et quandoque etiam bonus dormitat Homerus<sup>1</sup>. et hanc eandem rationem reddunt dicti Innocentius et Ostiensis super dicta decretali ex parte. [5] ad quintam exceptionem, qua inter cetera dicitur, quod dictum rescriptum non valet pro eo, quod dictis fratribus veritate tacita et falsitate suggesta per fraudem et malitiam ex certa scientia extitit inpetratum, respondetur, quod non valet dicta exceptio pro eo, quod non specificatur in ea, que falsitas fuerit suggesta et que veritas tacita per malitiam et fraudem ipsorum fratrum. [6] ad sextam exceptionem, qua inter cetera dicitur, quod, etsi veritate tacita et falsitate suggesta per fraudem vel malitiam ex certa scientia inpetratum non esset rescriptum predictum, adhuc tamen, cum in eo sit tacita veritas et suggesta falsitas, qua tacita vel expressa rescriptum ipsum nullatenus habuissent ex causis in exceptione ipsa expressis, respondetur quantum ad primam causam, in qua dicitur inter cetera, predictos magistros et cives a predictis fratribus petivisse, ut nullum de civitate predicta infra decimum octavum etatis sue annum constitutum absque parentum suorum consensu ad ordinem suum reciperent, quod non asserunt simpliciter esse verum: ipsam causam quam ad inpediendum processum vestrum non valere nec ipsam exceptionem quantum ad ipsam causam admittendam esse pro eo, quod et, si esset ita, ut dicunt, quod non confitetur pars predictorum fratrum, et si sic narrassent, ut dicit pars adversa, petitum fuisse per dictos magistros et cives ab ipsis fratribus, nichilominus rescriptum predictum obtinuissent super observatione sententiarum, quas observari petunt in libello predicto. item pro eo, quod quando excipitur id, quod narratum est in rescripto apostolico, non esse verum, sive id quod substantiale est et narratur in ipso rescripto, per quod sequitur conclusio debita in ipso rescripto vel sequi potest et debet, ut est de prolatione sententiarum dicti legati, quas petunt ipsi fratres observari in libello predicto, et de causa, ex qua prolatae fuerunt, sive sit accessorium ipsi narrato vel ipsum colorans, ut est de petitione predicta dictorum civium, non debet obmittere iudex propterea, quin secundum traditam sibi formam in causa procedat, cum secundum narrata predicta sibi negotium principaliter committatur. fatuum enim esset dicere reo: talis inpetravit rescriptum contra me super quadam pecunie summa, in qua me sibi in rescripto apostolico teneri asserit, quod verum non est, et ideo rescriptum non valere utpote falsitate expressa inpetratum. et sic inconveniens et contra jus et delusorium sequeretur videlicet, quod, si talis exceptio deberet admitti, maxime in vi dilatorie exceptionis ante litem contestatam actor probare cogeretur intentionem suam, lite non contestata per testes vel instrumenta vel alio modo quocunque legitimo, quod esse non debet nec potest de jure, quia, etsi probaret, probatio hujusmodi nulla esset, utpote lite non contestata facta, ut jura tam civilia quam canonica manifeste declarant. verum lite contestata, si actor narrata in rescripto, per que maxime conclusio sequitur sive petitio ejus, non probaverit, reus, et si nichil probaverit, absolvetur. ad secundam vero causam in ipsa exceptione propositam, qua dicitur inter cetera, dictos fratres suggestisse, eosdem magistros et cives ab ipsis petivisse, quod ad observationem hujus et quorundam aliorum articulorum similium se per suas patentes

<sup>1</sup> Horaz de arte poetica 359.

litteras obligarent, et ad tertiam causam, qua inter cetera dicitur, ipsos fratres successisse, eosdem articulos absque dei offensa et animarum periculo observari non posse, respondetur, ut supra ad primam causam in eadem exceptione propositam responsum est. ad quartam causam in ipsa exceptione propositam, qua inter cetera dicitur, dictos fratres successisse in dicto rescripto, prefatos magistros et cives ad locum eorundem fratrum cum securibus, contra eosdem fratres altis vociferando clamoribus, hostiliter accessisse et hostia officinarum et claustrum ejusdem loci cum eisdem securibus excidisse et hec fuisse notoria, et in qua causa a parte ipsorum magistrorum et civium asseruntur predicta non esse notoria neque vera, respondetur, causam ipsam non valere nec exceptionem predictam quam ad ipsam causam admittendam esse pro eo, quod observationem sententiae interdicti late ab episcopo Argentinensi ex predicta causa in dictos cives universitatem et civitatem, de qua fit mentio in ipso rescripto, vel de qua dicti cives in suis rationibus faciunt mentionem, scilicet de sententia interdicti legati prefati, non prosecuntur predicti fratres ad presens. et cum ipsam prosequuntur, si consimiliter exceperint, fiet, quod justitia suadebit. nec enim compelli possunt ad prosequendum easdem sententias interdicti sive episcopi sive legati, nisi quando voluerint, etiamsi in rescripto ipsis vel altera eorum mentio habeatur, cum nemo invitus agere vel accusare cogatur, maxime cum adhuc satis de tempore habeant ad prosequendum easdem, si ipsis videbitur expedire. et si etiam dicti fratres prosequerentur observationem earundem sententiarum interdicti tam legati quam episcopi, de quibus supra fit mentio, adhuc ex alia causa predicta exceptio non valeret nec admittenda esset pro eo, quod naturam peremptorie saperet et etiam prosecutionis negotii principalis cognitionem contingeret. et ideo ejus objectus nullatenus liti<sup>a</sup> contestationem impedire vel retardare posset, quamvis dicant objectores, rescriptum predictum non fuisse obtentum, si predicta, que dictis fratribus obiciunt, fuissent exposita deleganti, ut jura expresse dicunt. ad quintam causam in exceptione ipsa propositam, qua inter cetera dicitur, quod, cum premissa ad predicti legati notitiam pervenissent, idem legatus episcopo Argentinensi suis dedit litteris in mandatis, ut ex parte ipsius legati moneret eosdem magistros et cives, quod ab hujusmodi fratrum artatione penitus desisterent et de injuriis illatis eisdem fratribus infra triduum satisfacerent competenter, alioquin civitatem ipsam ecclesiastico supponeret interdicto. item ad sextam causam in eadem exceptione propositam, qua inter cetera dicitur, ipsos fratres successisse, eundem episcopum Argentinensem, postquam sibi plene constitit de premissis, ad monitionem ipsam processisse, et quia dicti cives monitionem eandem contempserunt et ipsis fratribus de dictis injuriis non satisfecerunt, idem episcopus in prefatam civitatem interdicti sententiam promulgavit, que etiam a parte ipsorum civium vera esse negantur, respondetur, ut supra ad quartam causam responsum est. ad septimam causam in exceptione ipsa propositam, qua inter cetera dicitur, dictos fratres tacuisse, prefatum legatum ex abrupto et sine citatione et aliqua cognitione predictam interdicti sententiam protulisse et predictos<sup>b</sup> cives ob hoc legitime appellasse et in prosecutione sue appellationis fuisse, respondetur quantum ad primam partem ipsius cause,

a) *S licet.*      b) *S rep. et predictos.*

videlicet prolationis sententiae interdicti, ut supra responsum est ad quartam causam; quantum vero ad aliam partem, ubi videlicet dicitur, quod tacuerunt, appellationem predictam interpositam pro parte ipsorum civium et ipsam pendere, respondetur, ut supra responsum est ad secundam exceptionem, in qua plene ostensum est, quod de ipsa appellatione nullam tenebantur facere mentionem. praeterea satis de appellationibus eorum, si quas interposuerunt, in rescripto ipso fit mentio, cum dicatur in eo «non obstantibus frivolis appellationibus civium predictorum»<sup>1</sup>. nec enim tenentur fratres ipsi appellationes eorundem civium dicere esse legitimas. ad octavam causam in ipsa exceptione propositam, qua inter cetera dicitur, ipsos fratres tacuisse, quod promiserant dare litteras super<sup>a</sup> observatione predictorum articulo-  
<sup>10</sup>rum petitorum per ipsos cives, et ipsos violasse promissionem eandem et propter ipsos articulos per ipsos fratres ipsis civibus denegatos maximum scandalum in Alamannie partibus esse<sup>b</sup> exortum, respondetur, quod propter denegationem ipsorum articulo-  
<sup>15</sup>rum, esto quod tales fuissent articuli et sub ea forma petiti, ut narrat pars civium predictorum, non debuit propterea nec potuit aliquod scandalum generari in aliquibus partibus vel oriri, cum non teneatur quis, nisi velit spontanea, se ad aliquod etiam licitum, si petatur, per suas litteras obligare, cum satis sit ad observationem licitorum obligatus a jure. et si etiam se obligasse promisissent, ex illa simplice promissione non erant obligati ad dandum super hoc aliquas litteras, nisi vellent. inmo plus non poterant  
<sup>20</sup>se ad predictos articulos observandos de jure per suas litteras obligare, maxime cum esset, etiamsi sub forma predicta petitus esset a fratribus, ut articulos istos concederent, contra jura expresse et in prejudicium totius ordinis et religiosorum aliorum et personarum ecclesiasticarum omnium, manifeste et expresse contra ecclesiasticam libertatem. praeterea dicti articuli, ut narrant ipsi cives, non fuerunt per ipsos petiti  
<sup>25</sup>sub forma, quam narrant, nec ad probandum contrarium sunt admittendi, cum, sive tales fuerint sive non, sive denegati vel concessi sive non, non tamen licuit eis facere et committere in fratribus, quae fecerunt. ex quibus pro parte eorum maximum scandalum est exortum, quod in lesionem fratrum converti non debet, sed potius eorundem. propter quorum civium malefacta, et quia deo et ecclesiae et ipsis fratribus  
<sup>30</sup>satisfacere non curarunt, licite, ut processum extitit, procedi potuit contra eos etiam sine articulis, ut premititur, prelibatis petitis vel non petitis, concessis vel non concessis, vel si nunquam fuisset de eis aliquid cogitatum; praeterea ex sententiis, quas observari petunt fratres predicti, non dicitur nec etiam ex inpetratione rescripti super eis observandis obtenti dicitur vel proponitur aliquod scandalum generatum. praeterea,  
<sup>35</sup>etsi diceretur vel verum esset, non tamen propter ipsum scandalum evitandum esset tanto facinori consentiendum. nec debent permitti in dictis sententiis, quas dicti fratres observari petunt, ut hucusque manserunt, taliter permanere, sed per aggravationem et observationem earum et quocumque modo legitimo compelli, ut de sententiis ipsis exirent<sup>c</sup> et absolutionem peterent super eisdem. praeterea utilius scandalum nasci  
<sup>40</sup>permittitur, quam malo consentiatur. praeterea, si quis scandalizatur ex causa injusta

a) *S* supra.    b) *S* est.    c) *S* exiret.

<sup>1</sup> *Vergl. S. 108 Z. 7-8.*

et ex bono facto, de talium scandalo curandum non est, ut jura dicunt et veritas etiam in ewangelio. [7] ad septimam exceptionem, qua inter cetera dicitur, quod respondendum non est libello ditorum fratrum tamquam inepto et obscuro, ex causis in exceptione ipsa contentis, respondetur quantum ad primam causam, qua dicitur inter cetera, quod in ipso libello contra magistros, consules et cives Argentinenses agitur nec determinatur, utrum contra omnes cives vel contra aliquos ex eis agatur, cum in libello debeat exprimi nominatim, quis, a quo vel contra quem vel coram quo iudice, quid petatur, quod ipsa exceptio non procedit quantum ad causam predictam pro eo, quod in libello ipso exprimuntur satis et bene nomina agentium, nomina illorum, contra quos agitur, licet in genere, scilicet magistros consules et cives, et nomen iudicis et res etiam, super qua agitur, videlicet sententie, quarum observatio et gravatio fieri petitur, ut in libello ipso plenius continetur, et cause etiam, propter quas sententie ipse prolatae fuerunt, que satis sufficiunt. item pro eo, quod in dicto libello agitur contra illos, secundum quod in rescripto apostolico nominantur. unde, sicut papa recepit narrationem fratrum, sicut in rescripto ipso continetur, contra magistros consules et cives, sic et iudex contra eosdem predictum libellum ditorum fratrum recipere tenetur et debet. et forte etiam, si persone nominatim specialiter cum cognominibus vel prenominibus eorum exprimerentur, cum sic in rescripto apostolico non exprimantur, non teneretur talem libellum admittere. item pro eo, quod libellus editus est contra magistros consules et cives predictos nullum proprio nomine specialiter nominando, sed quod ipsi magistri consules et cives in procuratorio suo se appellarunt, in quo procuratorio nullus constituens<sup>a</sup> procuratorem de civibus consulibus vel magistris specialiter proprio nomine nominatur, sed simpliciter dicitur in eo: magistri consules et cives universi Argentinenses constituunt tales procuratores, quod procuratorium tamquam sufficiens per interlocutoriam iudicis est admissum. unde, postquam libellus concordat cum hoc rescripto apostolico et procuratorio eorum, contra quos inpetratum est, non potest nec debet dici, quod libellus ipse propterea sit ineptus vel obscurus. ad secundam causam in exceptione ipsa expressam, in qua inter cetera dicitur, libellum ipsum obscurum esse pro eo, quod in eo dicitur, quod dicti cives ab ipsis fratribus petiverunt, quod nullum infra decimum octavum annum constitutum reciperent sine parentum suorum consensu et quod ad observationem hujus et quorundam aliorum similium articulorum se per suas patentes litteras obligarent, et non exprimuntur in eodem libello, qui fuerint hujusmodi similes articuli, respondetur, quod causa illa non valet pro eo, quod agitur principaliter nec accessorie vel indirecte de articulis prelibatis, sed tantummodo de observatione sententiarum, de quibus fit mentio in libello predicto. et si etiam, ut supra dictum est, non fieret mentio aliqua de articulis prelibatis, nichilominus libellus ipse valeret et bonus et aptus existeret. item pro eo, quod sufficit, ut predictum est, quod libellus concordet rescripto apostolico. item pro eo, quod in libello ipso non petitur, aliquid fieri propter articulos prelibatos. et ideo propter causas predictas non est necessaria aliqua declaratio eorundem. ad terciam causam in exceptione propositam, qua inter cetera asseritur, dictum libellum obscurum pro eo, quod dicti fratres inter cetera petunt,

a) in procuratorio *bis* constituens *auf* *Rasur*.

dictos magistros consules et cives excommunicatos publice nunciari, donec eisdem fratribus de injuriis eis illatis congrue satisfecerint, ac non specificatur in eodem libello modus vel qualitas aut quantitas satisfactionis, respondetur, causam ipsam quantum ad libellum fratrum ipsorum non valere pro eo, quod in ipso libello non  
 5 agitur principaliter ad hoc scilicet, ut compellantur predicti magistri consules et cives ad satisfaciendum de dictis injuriis fratribus prelibatis. nec etiam ex rescripto predicto forte agi posset ad hoc per fratres eosdem, cum in ipso non dicatur, quod iudex compellat eos ad satisfaciendum de injuriis prelibatis, sed quod faciat sententias, de quibus fit mentio in ipso libello, observari et ipsos denunciari excommunicatos usque  
 10 ad satisfactionem condignam. modus cujus satisfactionis, qualitas et quantitas exprimetur tunc primo, cum ad cor reversi et ad sanctam ecclesiam, que mater earum esse deberet, a prefatis sententiis absolutionem petierint, juxta formam ecclesie a iudice competenti vel per ipsum iudicem vel per fratres prefatos exprimetur et taxatio subsequetur per ipsum iudicem competentem, prout tunc de jure melius visum fuerit expedire. ad  
 15 quartam et ultimam causam in exceptione ipsa propositam, qua inter cetera dicitur, libellum ipsum nimium generalem ex eo, quod in eo petitur, eisdem fratribus in premissis in libello ipso comprehensis omnibus et singulis exhiberi et fieri plenarie justitie complementum, et non specificatur qualitas et modus hujus complementi plenarie justitie sive forma, respondetur, quod causa ipsa non valet pro eo, quod  
 20 satis in jure determinatur et certum est, quid juris sit vel fieri debeat in premissis in libello narratis. secus autem esset, si factum narratum obscure narratum esset et dubie ita, quod non posset ex eo perpendi, quod justitie complementum fieri deberet. preterea ex narratis in ipso libello satis apparet, quod justitie complementum fieri debeat super eis. preterea textus est juris dicentis, libellum talem procedere  
 25 posse et bonum esse.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 cop. aut conc. mb. coacc. Das Stück scheint für den Proceß vor dem Bischof von Worms bestimmt zu sein. Unter dem wiederholt darin erwähnten rescriptum ist wohl das Mandat Pabst Nicolaus IV von 1288 Juli 28 (vergl. nr. 150) zu verstehen. Einen weitem Anhalt für die Datirung gewährt nr. 156 von 1289 April 16, wo ausdrücklich von dem hier ebenfalls citirten libellus der Dominikaner und von den exceptiones der Gegenpartei die Rede ist. Zwischen diese beiden Urkunden wird die Proceßschrift fallen.*

156. Pabst Nicolaus IV ermahnt den Bischof von Worms, die ihm übertragene Durchführung der über die Stadt Straßburg verhängten Strafen zu beschleunigen.  
 35 1289 April 16 Rom St. Maria maggiore.

Nicolaus episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo Warmaciensi salutem et apostolicam benedictionem. sua nobis dilecti filii . . . prior et fratres ordinis predicatorum Argentinenses petitione monstrarunt, quod nos olim tibi litteras nostras misimus in hec verba [folgt nr. 150]. verum quia compertum extitit, quod in jam  
 40 dictis litteris nostris fuit narratum seu appositum per errorem, quod dictus Argentinensis episcopus in prefatam civitatem Argentinensem interdicti sententiam promulgavit, quam re vera non promulgavit, sed latam per predictum legatum, ut debuit, publicavit, et quod scriptor quedam verba, hec scilicet «predictos priorem et fratres»



superflue scripsit in litteris supradictis<sup>1</sup>, tu contra easdem litteras nostras et libellum ex parte dictorum prioris et fratrum porrectum, exceptionibus ab adversa parte propositis<sup>2</sup>, in hujusmodi negotio processisti tardius et procedis. sicque ejusdem negotii expeditio plus debito prorogatur in dictorum prioris et fratrum prejudicium et gravamen. quare fuit nobis pro parte ipsorum humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc paterna sollicitudine curaremus. nos itaque finem imponi eidem negotio cupientes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus in predicto negotio, erroribus hujusmodi nequaquam obstantibus, juxta prioris mandati nostri tenorem ac etiam sine figura judicii celeriter procedens, negotium ipsum infra sex menses post receptionem presentium terminare procures, alioquin illud extunc instructum vel non instructum remittas ad apostolice sedis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel per procuratores ydoneos cum omnibus actis juribus et munimentis predictum negotium contingentibus apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hoc apud sedem eandem, quod ordo dictaverit rationis, non obstante, si predictis civibus a dicta sede indultum existat, quod extra civitatem predictam seu certa loca vel fines in causam trahi vel ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, sine qualibet alia indulgentia dicte sedis, per quam effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri. diem autem remissionis et prefixionis hujusmodi et quicquid super premissis duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. datum Rome apud sanctam Mariam majorem 16 kalendas maji pontificatus nostri anno secundo.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Kostenvermerk xxv; Schreibervermerk Jac[obus] Viter; Procuratorenvermerk N. Waldini im doppelten Rahmen mit Kreuz darüber. Dorsualnotizen von andern gleichzeitigen Händen: ista littera presentata fuit judici feria secunda post festum b. Johannis baptiste a. d. mcccxxx. das schließende Zahlzeichen ist ausgelöscht, wohl IX, 1289 Juni 27 und ferner contra cives Argentinenses de injuriis nobis illatis.*

157. *Pabst Nicolaus IV gibt den Dekanen von St. Thomas und St. Peter sowie dem Scholasticus von St. Peter zu Straßburg den Auftrag, die Klage der Mönche von Mauersmünster, daß sie von Matthias, Canonicus von St. Stephan, unrechtmäßig in den Bann gethan worden seien, zu untersuchen. 1289 Juni 13 Rieti.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . sancti Thome et . . . sancti Petri decanis ac . . . scolastico ejusdem sancti Petri Argentinensium ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. sua nobis . . . abbas et conventus Maurimonasterii ordinis sancti Benedicti petitione monstrarunt, quod, licet idem abbas, Fredericus prior, Conradus cantor, Hezzelo custos, Hugo camerarius, Fridericus cellararius,

<sup>1</sup> Vergl. S. 107 Z. 6.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 155.

Goswinus dictus de Molleshein, Nichardus et Johannes dicti de Argentina, Bernardus dictus de Swinhein, Henricus dictus Westerman, Johannes de Westhoven, Conradus dictus de Greis, Hezzelo dictus de Wilre, Reyboldus dictus de Zabernia et Johannes de Erstheim monachi dicti monasterii nullius excommunicationis ac idem conventus suspensionis essent vinculo innodati, tamen Mathias canonicus ecclesie sancti Stephani Argentinensis, procurantibus Marcwardo decano et capitulo ecclesie Argentinensis, temeritate propria eosdem abbatem priorem cantorem custodem et monachos excommunicatos ac predictum conventum suspensum nuntiavit et fecit publice nuntiari. quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione postposita decernatis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. datum Reate idus junii pontificatus nostri anno secundo.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 542 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Kostenvermerk. .; auf dem Bug rechts M. de Rocca; oben in der Ecke rechts zweimal durchstrichen C. Rückvermerk Arnoldus de W. .1. . Das Weitere ist völlig verwischt.*

158. Frater Lethoviensis episcopus ordinis fratrum domus Theutonice omnibus, qui cappellam beate virginis Marie domus fratrum Theutonicorum apud Argentinam corde contriti et ore confessi in dedicatione, quando eam ex debito celebrari contigerit, et in festis beate Marie prenotate, in natali ac translacione sancte Elisabeth et per octavas eorundem festorum causa devocionis frequentaverint, quadraginta dies criminalium et annum venalium de injunctis penitentiis relaxat. «loca sanctorum.» datum Argentine anno domini 1289, 16 kalendas julii. *Juni 16 Straßburg.*

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 66 or. mb. c. sig. pend. mutil.*

159. *Bischof Konrad von Straßburg fordert unter Verheißung von Ablass den Clerus seiner Diöcese auf, die Bauten an der Jung St. Peterskirche zu unterstützen. 1289 October 11.*

Conradus dei gratia episcopus Argentinensis universis archipresbiteris plebanis et vicariis per Argentinensem civitatem et dyocesim constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in eo, qui omnium est vera salus. quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in celis, firmam spem fidutiamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. cum igitur, sicut dilecti in Christo prepositus decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis nobis exponere

curarunt, quod eorum ecclesia, que a felicis recordationis quondam Leone summo pontifice in honorem<sup>a</sup> beati Petri principis apostolorum sollempniter exstitit dedicata ac maximis indulgentiis quam plurimum adornata, propter nimiam vetustatem ruinam minetur, ipsique eandem reedificare et ampliare, prout decet et expedit, proponant opere sumptuoso<sup>1</sup>, nec ad [hoc]<sup>b</sup> proprie eorum suppetant facultates, universitatem vestram rogandam duximus et monendam, quatenus subditos vestros moneatis attentius et inducatis, ut de bonis sibi a deo collatis pias eisdem elemosinas et grata subsidia conferant et largiantur, ut per hec et alia bona, que domino fecerint inspirante, ad eterne felicitatis gaudia possint pervenire. nos enim de omnipotentis dei misericordia et Marie beate virginis ac sanctorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate nobis concessa omnibus, qui per se vel per alios ad dictam ecclesiam pro hujusmodi reparatione pias elemosinas et grata subsidia deportanda duxerint vel transmittenda, unum annum et quadraginta dies relaxamus. insuper peccata sine dolo, vota fracta, si ad ea persolvenda redierint, penitentias oblitae negligenter sine fraude fractas, transgressionem promissorum fide prestita factas, si denuo complere voluerint, offensas patrum et matrum sine manuum injectione violenta etiam misericorditer relaxamus. ipsos vero nuntios ac negotium sepedictum sub beate Marie et sancti Petri apostoli et nostram protectionem recipimus specialem, excommunicationis vinculo innodantes, qui eos vel negotium antedictum impedire presumpserint aut in aliquo indebite molestare. et si videritis eos, quod deus avertat, ab aliquibus molestari, vos forti manu et brachio potentie ad suorum liberationem tamquam ad nostram velociter festinetis ita, ut pro ipsis et cum ipsis in sepedicto negotio promotionem facientes<sup>c</sup> per hec et alia opera misericordie, que domino feceritis inspirante, non iudicium sed misericordiam consequi valeatis. indulgemus etiam, ut si aliquae ecclesie a nobis vel officiali nostro fuerint interdicte, quamdiu negotium supradictum ibidem fuerit promovendum, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, divina ibi officia celebrentur. vobis autem plebanis universis et sacerdotibus predictis mandamus et precipimus in virtute sancte obedientie sub pena suspensionis, quatenus nuntios sancti Petri, cum ad vos venerint pro petendis elemosinis, benigne recipiatis et a vestris subditis cum reliquiis pulsatis campanis recipi faciatis vel ab eis exigere vel extorquere aliquid presumatis. insuper indulgentie<sup>d</sup> domini pape et aliorum prelatorum, sicut in litteris et privilegiis eorum continetur, cum verbo exhortationis ad populum proponantur<sup>e</sup>, ipsosque<sup>f</sup> in vestris mansionibus, ut ab infamia caveatur, honeste recipiatis. si quis autem vestrum huic mandato nostro rebellis aut contumax extiterit, quod absit quod nec credere possumus, precipimus, ut coram nobis vel iudicibus nostris super hoc statutis ad diem et horam, quam lator presentium sibi assignaverit, compareat de tali et tanta inobedientia responsurus. vobis autem sacerdotibus in hoc negotio fideliter laborantibus, quicquid ex torpore negligentia vel oblivione in divino officio missis et horis canonicis obmisistis, si vere contriti

a) *B* et honore. b) *B* wohl zu ergänzen. c) *B* rep. ut. d) *B* indulgentias. e) *B* cum verbo e exhortandis ad populum proponatur. f) gehört zu nuntios und vor den Satz insuper — proponatur.

<sup>1</sup> Vergl. Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen I, 510.

fueritis, misericorditer condonamus. vobis sub pena suspensionis districtius inhibeamus, ut nullus vestrum de elemosinis sic collatis aliquid accipiat. volumus etiam, ut nuncii predictae ecclesie a nuntiis matricis ecclesie civitatis Argentinensis vel ab aliquibus nuntiis futuris non impediatur. datum anno domini 1289 feria 3 ante  
 5 festum beati Galli.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 4702 or. mb. c. sig. pend. lacso.*

160. *Erzbischof Gerhard von Mainz beurkundet die Summe der dem Straßburger Münster bewilligten Indulgenzen. 1289 October 26.*

Gerhardus dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per  
 10 Germaniam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. noveritis nos litteras non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas sigillo curie Argentinensis, ut prima facie apparebant, sigillatas vidisse et legi fecisse summam indulgenciarum ecclesie beate Marie virginis Argentinensi concessarum continentes, videlicet centum et quadraginta carrenas  
 15 et quatuordecim annos venialium cum summa missarum eciam, quolibet anno octoginta milia, eisdem litteris inserta. in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. datum anno domini 1289, 7 kalendas novembris<sup>1</sup>.

*F aus Straßb. Frauenh. A. cop. ch. sec. XV i. Donationsbuch 2 fol. 210 b.*

161. *Bischof Konrad von Straßburg beauftragt drei Canoniker von St. Leonhard,  
 20 den Custos ihrer Kirche dafür vor ihn zu laden, daß er über die Dominikaner den Bann verhängt habe. 1290 Jannar 2 Dachstein.*

..Conradus dei gratia Argentinensis episcopus . . discretis viris . . decano ecclesie sancti Leonardi<sup>2</sup>, Conrado quondam scolastico et Conrado de Kirwiltz canonicis ejusdem ecclesie salutem in domino. mandamus vobis districte precipiendo, quatenus  
 25 citetis peremptorie . . custodem ecclesie vestre, qui se scribit thesaurarium, ut compareat coram nobis feria quarta proxima in Tapkenstein ostensurus nobis rescriptum apostolicum, cujus auctoritate contra fratres ordinis predicatorum excommunicationis sententiam fulminavit. in executione autem hujus nostri mandati alter vestrum alterum non expectet. reddite litteras sigillatas. datum in Tapkenstein in crastino circum-  
 30 cisionis<sup>a</sup> anno domini 1290.

*Jannar 4*

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 4 sig. pend. Die angehängten Siegel erweisen die Ausführung des Befehls.*

a) *T circucisionis.*

<sup>1</sup> *Ein Vidimus des Bischofs Emicho von Worms über diese Urkunde vom Jahr 1297 findet sich im  
 35 Donationsbuch 2 fol. 204 b.*

<sup>2</sup> *Nach der Siegellegende Johannes.*

162. *Beschluß des St. Peterscapitels über die Aufenthaltsverpflichtung seiner Canoniker. 1290 Januar 3.*

Nos decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis, accedente<sup>a</sup> consensu expresso domini nostri Egenolphi prepositi, unanimi consensu et voluntate statuimus et ordinamus, quod quilibet canonicus dicte ecclesie teneatur per juramentum in civitate Argentinensi vel banno facere residentiam corporalem, exceptis dumtaxat illis, qui animo discendi ad studium litterarum voluerunt se transferre aut in peregrinationem ire causa devotionis, seu euntibus ad curiam Romanam in negociis seu factis propriis suis promovendis aut necessariis seu honestis, aut vocatis seu ordinatis<sup>b</sup> ad servitia ecclesie Romane vel ejus legatorum vel domini nostri episcopi Argentinensis aut ecclesie nostre prelibate, vel etiam metu corporis seu compulsus<sup>c</sup> per aliquam potestatem aliquem contigerit absentem esse aut de licentia decani et capituli sepe dicti. in aliis casibus ab istis quilibet canonicus, sicut suprascriptum est, per juramentum residentiam facit personalem, omni dolo et fraude penitus circumscriptis<sup>d</sup>. illi autem, quos taliter absentes contigerit esse, prebendarum suarum fructus et proventus integre percipiant preterquam distributiones chori, que tantum<sup>e</sup> presentibus in choro ministrari consueverunt. in cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus nostris sunt appensa. actum feria 3 post circumcisionem domini anno domini 1290.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 4903 cop. ch. sec. XVI i. Statutenbuch v. St. Peter fol. 52. Schlechte Abschrift.*

163. *Bischof Konrad von Straßburg verbietet dem Clerus seiner Diocese auf Grund eines Mandats des Pabstes Alexander IV, Strafsentenzen gegen die Straßburger Dominikaner zu verkünden oder zur Ausführung zu bringen. 1290 Januar 4 Dachstein.*

Conradus dei gratia Argentinensis episcopus universis . . abbatibus . . prioribus prepositis archidiaconis archipresbyteris necnon aliis ecclesiarum prelati ac ceteris plebanis, rectoribus incuratis vicariis civitatis et dyocesis Argentinensis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. noveritis nos sanctissimi patris ac domini Alexandri pape quarti recepisse litteras in hec verba: [folgt UB. I nr. 452]. verum cum nos ex debito officii pastoralis teneamur mandatis apostolicis obedire, vobis universis et singulis districte precipiendo mandamus, quatenus contra . . priorem et fratres de ordine predicatorum Argentinenses nullas suspensionis interdicti aut excommunicationis sententias autoritate litterarum sedis apostolice publicetis aut executioni decetero demandetis, nisi ipse littere apostolice plenam et expressam de indulto hujusmodi et ordine sepe dicto faciant mentionem. quodsi contra tenorem hujusmodi adversus fratres predictos aut ipsum priorem sententias aliquas publicastis, eas nuncietis coram populo, quando a fratribus vel eorum nunciis requisiti fueritis, inter mis-

a) *B* attendentes. b) *B* vocati-ordinati. c) *B* compulsi. d) *B* circumspectis. e) *B* tantis.

sarum sollempnia non tenere, presertim cum nos ipsorum fratrum privilegia sub vera bulla cum filo serico viderimus, quod dicti fratres excommunicari suspendi vel interdici non possunt per litteras sedis apostolice aut delegatorum seu subdelegatorum sedis ejusdem, nisi cedem littere de ipsorum fratrum ordine et indulto plenam et expressam  
 5 faciant mentionem. in quorum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. in signum autem executionis hujus nostri mandati sigilla vestra presentibus apponatis. datum in Tapkenstein in octava innocentum anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend. Für ein zweites Siegel ist der Einschnitt vorhanden, doch scheint dasselbe nicht angehängt worden zu sein.*

10 **164.** *Bischof Konrad von Straßburg beurkundet die Bedingungen des zwischen der Stadt und den Dominikanern geschlossenen Vergleichs, nach dem er den Schiedsspruch fällen soll. 1290 Februar 22 Kloster St. Marx bei Straßburg.*

Conradus dei gratia . . episcopus Argentinensis universis presentes litteras inspecturis rei geste notitiam subtusscripte. orta discensionis materia inter religiosos  
 15 viros . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus Argentinensis ex parte una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera super eo, quod magister consules et universitas civium predictorum a predictis . . priore et fratribus, ut asserunt, petiverunt, quatenus iidem<sup>a</sup> . . prior et fratres jure successionis non peterent hereditarias portiones de bonis ad civem vel cives Argentinenses pertinentibus, et quod non inducerent civem Argentinensem quempiam in mortis articulo  
 20 constitutum nec induci debeant procurare ad dandum vel legandum ipsis fratribus bona sua, sic quod per hoc veri eorum heredes portione debita hereditaria defraudentur, item quod nulla bona nullasque possessiones ad aliquem civem Argentinensem pertinentes eisdem fratribus legatas vel donatas iidem fratres vendere vel alienare  
 25 debeant eo pacto, quod possessiones hujusmodi ad predictos fratres vel alium quempiam dictorum fratrum nomine post eamenti obitum revertantur, sed quod iidem fratres possessiones easdem procurare debeant vendi simpliciter absque fraude, quodque a civium Argentinensium infra decem et octo annos constitutorum receptione ad suum ordinem, in quantum cum deo possent et honore sui ordinis, abstinerent, nisi hoc  
 30 de bona voluntate fieret proximorum<sup>1</sup>, dictus . . prior, accedente consensu voluntate et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermanni<sup>b</sup> de Minda . . prioris provincialis ibidem in nostra presentia constituti, pro se et fratribus dicte domus ex parte una, et Reiboldus<sup>c</sup> miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera, super articulis supra-  
 35 scriptis et omni lite et discensionibus quibuscunque occasione predicta usque in hodiernam diem inter partes predictas habitis hinc et inde in nos compromiserunt et concorditer convenerunt tamquam in arbitrum seu arbitratorem et amicabilem compositi-

a) *T* idem. b) *T* Her. c) *T* Reiboldus.

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 92 u. 93.*

torem, ita videlicet, quod articulis suprascriptis discussis a nobis et examinatis de consilio  
 peritorum, quicquid de articulis eisdem . . . priorem et fratres predictos observare vel  
 promittere posse vel non posse secundum deum et observantiam sui ordinis et absque  
 peccato, et super observatione pacis perpetue inter partes predictas inviolabiliter  
 observande infra duorum mensium spatium ab eo tempore numerandum, quo relaxatio  
 excommunicationum et interdicti sententiarum occasione discensionis predictae in non-  
 nullos cives Argentinenses et civitatem predictam per venerabilem patrem dominum  
 Johannem episcopum Tusculanum, in partibus Alemannie olim legatum sedis aposto-  
 licae, prolatarum et a sede apostolica relaxandarum ad civitatem Argentinensem per-  
 venerit idemque magister et consules Argentinenses de relaxatione eadem certificati  
 fuerint, vel si causis legitimis predicto tempore inpediti decisioni discensionis pre-  
 dictae intendere non possemus, infra mensem a tempore, quo cessabit inpedimentum  
 nostrum hujusmodi, numerandum, in scriptis judicaverimus decreverimus pronuncia-  
 verimus seu arbitrati fuerimus, hoc . . . prior et fratres predicti per sacramentum  
 corporaliter ad sancta dei ewangelia prestitum a . . . priore predicto in suam et fratrum  
 conventus dicte domus animas coram nobis, magister vero et consules antedicti pro  
 se et universitate civium predictorum sub pena quingentarum marcarum argenti puri  
 et legalis Argentinensis ponderis parti alteri approbanti decretum pronunciationem vel  
 nostrum arbitrium solvendarum laudare approbare ratificare et emologare hinc inde sol-  
 lempniter promiserunt, condicto inter partes predictas expresse, ut, postquam . . . prior et  
 fratres predicti et magister et consules antedicti decretum pronunciationem et arbitrium  
 nostrum hujusmodi laudaverint approbaverint ratificaverint seu emologaverint, cum  
 effectu dicti . . . prior et fratres a juramento suo predicto, magister vero consules et uni-  
 versitas civium predictorum ab obligatione et prestatione pene quingentarum marcarum  
 argenti prescripte sint penitus absoluti, nullis predictis partibus contra prescripta vel  
 aliqua prescriptorum exceptionibus vel defensionibus valituris. est etiam conventum et  
 actum inter partes predictas, ut, postquam nos super articulis et discensionibus prescriptis  
 pronunciarimus seu fuerimus arbitrati, extunc omnes injurie occasione discensionis<sup>a</sup>  
 predictae illate partibus antedictis communiter vel divisim et actiones pro injuriis quibus-  
 cunque occasione discensionis predictae contra personas quascunque dictis<sup>b</sup> partibus com-  
 petentes communiter vel divisim cessare debeant hinc et inde. item si processu temporis,  
 postquam super premissis fuerimus arbitrati<sup>c</sup>, alique quod absit predictis<sup>d</sup> . . . priori vel  
 fratribus dicte domus in rebus vel personis eorum injurie fuerint irrogate, de hiis  
 debent magister et consules civitatis Argentinensis predictae, qui pro tempore fuerint,  
 dictis . . . priori et fratribus ad solam denunciationem eorundem . . . prioris et fratrum  
 vel alterius cujuscunque faciendam ex parte . . . prioris et fratrum eorundem magistro  
 et consulibus antedictis plenariam facere justitiam eam videlicet, quam civibus Ar-  
 gentinensibus facere consueverunt. ut autem compromissum<sup>e</sup> hujusmodi et omnia et  
 singula suprascripta robur perpetuum obtineant firmitatis, presens est instrumentum  
 inde confectum et sigilli nostri munimine roboratum. nos frater Hermannus de Minda  
 . . . prior provincialis, frater Alradus . . . prior totusque conventus fratrum domus

a) S t decisionis. b) S t dictas. c) S arbitratis. d) T om. predictis. e) T compromissi.

Argentinensis ordinis predicatorum, nos quoque Reiboldus<sup>a</sup> miles dictus Stübenweg<sup>b</sup> magister et consules civitatis Argentinensis confitemur et publice protestamur, premissa omnia et singula coram venerabili patre domino nostro Argentinensi episcopo memorato fore acta. et in eorum testimonium ego frater Hermannus<sup>c</sup> de Minda . . .  
 5 prior provincialis predictus sigillum meum, ego frater Alradus . . . prior domus Argentinensis predictae sigillum prioratus domus ejusdem, nos conventus fratrum predicatorum domus Argentinensis predictae sigillum conventus ejusdem, nos quoque Reiboldus<sup>d</sup> dictus Stübenweg<sup>e</sup> magister et consules civitatis predictae sigillum civitatis ejusdem litteris presentibus appendimus in testimonium prescriptorum. acta  
 10 sunt hec apud monasterium sororum sancti Marci extra muros Argentinenses anno ab incarnatione domini 1290 feria quarta proxima post dominicam Invocavit.<sup>1</sup>

*S aus Straßb. St. A. Verd. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 2 delaps. Es fehlen die Siegel des Bischofs und der Stadt.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 4 delaps. Nur das Stadtsiegel erhalten.*

15 *T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 5 sig. pend. partim laesis. Unter der Datumszeile noch ein p mit drei kranzweis gestellten Punkten.*

165. Bischof Konrad von Straßburg beurkundet, daß der zwischen der Stadt und den Dominikanern geschlossene Vergleich ungiltig werden soll, wenn die Aufhebung des Banns und Interdicts nicht ohne schweren Schaden der Stadt zu erlangen ist. 1290 Februar 22 Kloster St. Marx bei Straßburg.  
 20

Conradus dei gratia . . . episcopus Argentinensis universis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam subtusscripte<sup>f</sup>. cum super lite et discensionibus, que vertebantur hactenus et vertuntur inter religiosos viros . . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus Argentinensis ex parte una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera, dictus . . . prior, accedente consensu voluntate et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermanni de Minda . . . prioris provincialis in nostra presentia constituti, pro se et fratribus dicte domus ex parte una et Reiboldus miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera compromitterent  
 25 et compromissum esset in nos Conradum dei gratia episcopum antedictum tamquam in arbitrum seu arbitratorem et amicabilem compositorem sub certa forma, prout in litteris super hoc confectis, nostro necnon fratris Hermanni de Minda . . . prioris provincialis, fratris Alradi . . . prioris et conventus fratrum dicte domus et civium civitatis Argentinensis predictorum sigillis sigillatis plenius continetur<sup>2</sup>,  
 30 in compromisso predicto expresse per partes predictas de consensu parcium

a) T Reynboldus. b) T Stübenweg. c) T Her. d) T Reynboldus. e) T Stübenweg.  
 f) In S sind sowohl das Zeichen für er wie für us beide vermischt.

<sup>1</sup> Sowohl in nr. 174 wie in nr. 175, wo diese Urkunde als Transsumpt erscheint, lautet das Datum feria quinta proxima p. d. J. (Februar 23), und zwar in allen Ausfertigungen.

40 <sup>2</sup> Vergl. nr. 164.



earundem actum extitit et conventum coram nobis, ut, si fortassis absque difficultate et dispendio gravi magistri consulum et civium civitatis ejusdem relaxatio excommunicationum et interdicti sententiarum occasione dissensionis predictae in nonnullos cives civitatis predictae et civitatem Argentinensem predictam per venerabilem patrem dominum Johannem episcopum Tusculanum, in partibus Alemannie olim legatum sedis apostolice, prolatarum obtineri non posset, quod cessante compromisso predicto et omnibus, que in litteris compromissi ejusdem continentur, eisdemque non obstantibus, si dictis magistro consulibus et civibus placuerit, omnia jura et actiones, exceptiones et defensiones et exercitium eorundem predictis partibus hinc et inde debeant esse salva in omnem eventum et modum, quo salva fuerunt partibus antedictis prius, quam in nos fuerat compromissum. et in ejus rei testimonium presens est instrumentum inde confectum et sigilli nostri munimine roboratum. nos frater Hermannus de Minda . . prior provincialis, frater Alradus prior totusque conventus fratrum domus Argentinensis ordinis predicatorum, nos quoque Reiboldus miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis confitemur et publice protestamur, premissa omnia et singula coram venerabili patre domino nostro Argentinensi episcopo memorato, ut premittitur, fore acta. et in eorum testimonium ego frater Hermannus de Minda . . prior provincialis predictus sigillum meum, ego frater Alradus . . prior domus Argentinensis predictae sigillum prioratus domus ejusdem, nos conventus fratrum predicatorum domus Argentinensis predictae sigillum conventus ejusdem, nos quoque Reiboldus dictus Stübenweg magister et consules civitatis predictae sigillum civitatis ejusdem litteris presentibus appendimus in testimonium prescriptorum. acta sunt hec apud monasterium sororum sancti Marci extra muros Argentinenses anno ab incarnatione domini 1290 feria quarta proxima post dominicam Invocavit.

*S aus Strabb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 5 sig. pend. laesis, quorum 2 delapsa.*

166. Die Stadt Straßburg weist ihren Bevollmächtigten am päpstlichen Stuhle an, darauf zu dringen, daß unter der Aufhebung der gegen sie gefällten Strafsentenzen auch die ihr ergeben gebliebenen Straßburger Geistlichen mitbefaßt werden, widrigenfalls den Proceß weiter zu verfolgen. 1290 [Frühjahr].

Hugo dictus Ripelin magister et consules civitatis Argentinensis honorabili viro magistro Johanni Leutonis<sup>a</sup> canonico sancti Petri Argentinensis fideli eorum in Romana curia promotori dilectionis plenitudinem cum salute. quod ad curiam Romanam adeo prospere perrexitis, sicut nobis vestre littere declarabant per Johannem Stamphonis transmissis, gavisi sumus gaudio magno valde et cum omni populo civitatis nostre optamus vobis statum prosperum in futurum. ceterum de negotio, quod habemus cum predicatoribus, litteris vestris perlectis, diligenti tractatu cum multis sapientibus et melioribus nostre civitatis habito, nobis et omnibus

<sup>a</sup>) Zweifelhaft ob u oder n. Eher scheint mir Leutonis gelesen werden zu müssen.

videbatur civitati nostre, ad quam multe alie civitates respiciunt in hac parte, nobisque mangnum fore dedecus et prejudicium et scandalum in futurum, si violando promissionem factam per nos de indempnitate qualibet sacerdotibus nostris ipsos culpam et irregularitatem incidere vel recongnoscere faceremus invites, ubi  
 5 nullam penitus meruerunt, et eos cum suis clericis scolaribus et cooperantibus in divinis, qui mangni sunt numeri, mittendo ad curiam pro venia petenda, ubi culpa nulla precessit, daremus ipsis et toti regioni intelligere, nos hactenus litem et appellationem fovisse iniquam, quam omnes credebant et adhuc non dubitant equam esse. veremur etiam in hac parte adversariorum astuciam et insidias et curie voracitatem, quia, cum notum sit omnibus de relevatione sacerdotum nostro periculo  
 10 nos teneri, cessante appellacionis remedio, cum fierent quasi capti, possemus per ipsos sicut in personis propriis intollerabili dampno affici sive pena. deliberavimus ergo consilio unanimi atque fixo, quod, nisi utrumque negocium scilicet nostrum et sacerdotum quasi uno contextu expediatur et omnes sententie per legatum contra  
 15 ipsos sacerdotes et nos nostramque civitatem prolate cum dampno saltem nostro tollerabili relaxentur, appellationi nostre inniti volumus et eam prosequi in eventum, ne secus faciendo videamur sceno involvere defensionis clipeum, quo hactenus dimicavimus cum honore. speramus enim appellationem nostram tueri et ex ea per vestrum et aliorum fautorum nostrorum auxilium reportare gloriam et honorem. et  
 20 sic communis omnium opinio opinatur. et si timeremus de sinistro eventu, vellemus nichilominus defendi et stare potius, quamdiu poterimus, quam cadere ante ictum, et hoc honestius reputamus. fidelitatem igitur vestram monitam in se ipsa ex habundanti monemus attentius et rogamus, ut vel utrumque nostrum scilicet et sacerdotum negocium expediri procuretis in modum predictum, quod de facili fieret,  
 25 sicut presumimus, propter multitudinem pareium, si sineret pars altera vel solummodo consentiret, aut appellationem nostram breviter prosequi inchoetis et pro relaxatione interdicti et excommunicationum pro viribus laboretis.

Premissis itaque vobis scriptis, per nuncium expeditum ad iter supervenerunt alie littere vestre per Johannem clericum decani quondam sancti Thome nobis  
 30 exhibite, in quibus tenorem priorum taliter invenimus auumentatum, quod frater Alradus nollet aliquatenus consentire, quod sententie legati contra nos et civitatem nostram prolate in curia relaxentur, sed quod tantum earum relaxatio domino nostro episcopo committatur, ut per eum aut principale ac accessorium terminetur aut utrumque remaneat inpeditum. de quo non modicum commovemur opinantes firmiter,  
 35 ipsum fratrem Alradum fidem placitis violasse, cum quia compromissum nostrum continet de dictis sententiis in curia relaxandis<sup>1</sup>, tum quia, ut extra curiam committeretur nostrum negocium, nunquam prius voluit admittere frater Alradus sed cooperari promisit, ut revocarentur in curia sententie contra nos et civitatem prolate, propter quod expensas sustinuimus valde magnas, tum etiam quia promisit factum  
 40 sacerdotum nullatenus inpedire. super hiis igitur volumus et rogamus, ut, nisi possitis obtinere a papa, ut omnium sententiarum contra nos nostramque civitatem

<sup>1</sup> Vergl. S. 124 Z. 9 in nr. 164.

et sacerdotes latorum per legatum relaxatio domino Argentinensi episcopo vel alteri committatur sine emenda et satisfactione qualibet facienda, cum omnis injurie satisfactio a partibus sit remissa, vel saltem cum emenda modica et decenti in litteris apostolicis declaranda predicatoribus autem nullatenus facienda, litem et appellationem nostram agrediamini et prosequamini sine mora. nolumus enim sponte vel in dubio nos vel nostros sacerdotes culpe inmerite et periculosus laqueis irretire vel manus incidere alicujus; alioquin contingeret nos fortassis magno affici dispendio et pudore. valete semper.

[*in verso*] magistro Johanni Leutonis procuratori eorum fidelissimo in curia Romana.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. defic. Der Schluß des Stücks von premissis itaque ab von gleicher Hand geschrieben befindet sich auf einem Pergamentblatt kleinern Formats, das wie ein Transfix befestigt ist. Was die Datirung anbelangt, so weist schon der Name des amtierenden Meisters Hug Ripelin auf das Frühjahr 1290, wo er im April an der Spitze des Rathes erscheint, vergl. UB. III, 418. Aber auch der sachliche Zusammenhang verlangt, daß das Stück hinter den Compromiß der Stadt und Dominikaner vom 22. Februar, nr. 164 u. 165, und vor die Mandate des Papstes vom 12. u. 15. Mai, nr. 167 u. 168, wo die Forderungen der Stadt erfüllt erscheinen, gelegt werde.*

167. Pabst Nicolaus IV gibt dem Bischof Konrad von Straßburg den Auftrag, die gegen die Stadt Straßburg gefällten Strafsentenzen aufzuheben. 1290 Mai 12 Rom St. Maria maggiore.

Nicolaus episcopus servus servorum dei venerabili fratri C[onrado] episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. sua nobis dilecti filii . . . prior et conventus fratrum ordinis predicatorum Argentinenses petitione monstrarunt, quod, cum olim inter ipsos ex parte una et magistros consules et universitatem civium civitatis Argentinensis ex altera super diversis articulis et quibusdam injuriis priori et fratribus predictis ab eisdem civibus irrogatis orta esset materia questionis, tandem venerabilis frater noster J[ohannes] Tusculanus episcopus, tunc in illis partibus legationis fungens officio, hujusmodi questionis et injuriarum occasione sue legationis auctoritate civitatem ipsam supposuit ecclesiastico interdicto et in magistros consules et cives prefatos ac in illos, qui eis in predictis injuriis illatis eisdem priori et fratribus consilium vel auxilium impenderent, necnon in sacerdotes, qui in civitate ipsa vel suburbiis ejus, durante ipso interdicto, divina officia celebrarent, ac illos, qui a predictis sacerdotibus audirent divina officia vel reciperent ecclesiastica sacramenta, excommunicationis sententiam promulgavit<sup>a</sup> et hujusmodi excommunicationis et interdicti sententias per locorum ordinarios et alios prelatos et rectores ecclesiarum regni Alamanie mandavit sollempniter publicari. ac demum<sup>b</sup> inquilinos colonos et mercenarios magistrorum consulum et civium predictorum pro eo, quod ipsis magistris consulibus et civibus participare presumebant, a divinis exclusit<sup>1</sup>.

a) *S* promulgarunt.      b) *T* om. demum. Auf Rasur Spuren von Buchstaben.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 125.

tuque prefati legati auctoritate in<sup>1</sup> descendentes usque in terciam generationem ab illis, qui principales fuerunt<sup>a</sup> in hujusmodi priori et fratribus predictis illatis injuriis vel illatoribus dederunt consilium auxilium vel favorem, nisi priori et fratribus prefatis de injuriis predictis infra certum terminum satisfaceret, sententiam privationis<sup>5</sup> et amotionis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis protulisti. verum prefati prior et fratres tanquam viri pacifici ac dicti magistri consules et cives, cupientes litigiorum vitare anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, in te tanquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem super premissis compromittere curaverunt<sup>1</sup>. dictique prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut omnes predictas sententias relaxari misericorditer mandarem. nos itaque ipsorum supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, a prelibatis magistris consulibus et civibus sive ab ipsorum procuratore vel syndico habente super hoc ab eis speciale mandatum de parendo super hiis mandatis ecclesie juramento recepto, omnes predictas excommunicationis et interdicti sententias<sup>15</sup> et penas omnesque processus contra magistros consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta hujusmodi a presbyteris memoratis per eundem legatum vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos seu quascumque alias sententias, quas dicti magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt,<sup>20</sup> auctoritate nostra per te vel alium seu alios relaxare procures, corpora vero civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitentiae signa in eis, in ipsis cimiteriis remanere permittas. datum Rome apud sanctam Mariam majorem 4 idus maji pontificatus nostri anno tercio.

<sup>25</sup> *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]; links unterm Bug völlig schräg liegend X; rechts auf dem Bug Schreibervermerk verwischt alb. per. Auf dem Rücken oben mit zwei Kreuzen eingefasst audi benigne, darunter der Registraturvermerk Rescriptum capitulo CLXXV. Ausserdem ist auf dem Rücken genau auf der Stelle, wo auf der Vorderseite promulgant steht, in kleiner zierlicher Schrift vermerkt promulgavit und an anderer Stelle von gleicher Hand corrigatur ista tantum.*

<sup>30</sup> *S 1 coll. ibid. or. mb. Bulle an Hanfschnur. Weder oben rechts noch unten links ein Vermerk zu erkennen, doch ist letztere Stelle Rasur und scheint beschrieben gewesen zu sein. Auf dem Bug rechts alb. per. Registraturvermerk derselbe wie bei S. Ausserdem mitten auf dem Rücken in senkrechter Richtung geschrieben littera pro civibus.*

<sup>35</sup> *T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]; Kostenvermerk X, darunter L. Pergam. Auf dem Bug in der Mitte sehr verwischt asc[ultavit] m. d. Adf.; rechts in der Ecke M. d. Adf. Auf dem Rücken derselbe Registraturvermerk wie bei S.*

<sup>40</sup> a) S fuerant.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 164.

163. *Pabst Nicolaus IV beauftragt den Guardian der Straßburger Franciscaner, diejenigen Straßburger Geistlichen, welche während des Interdicts geistliche Handlungen in der Stadt verrichteten, zu absolviren. 1290 Mai 15 Rom St. Maria maggiore.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . guardiano fratrum 5  
ordinis minorum Argentinensium salutem et apostolicam benedictionem. ad audi-  
entiam nostram pervenit, quod, cum olim inter . . . priorem et conventum ordinis  
fratrum predicatorum Argentinensium ex parte una et magistrum consules et cives  
civitatis Argentinensis super diversis articulis et quibusdam injuriis, quas iidem  
prior et conventus a civibus ipsis eis irrogatas esse dicebant, ex altera orta fuisset 10  
materia questionis, tandem venerabilis frater noster J[ohannes] Tusculanus epis-  
copus, tunc in illis partibus apostolice sedis legatus, occasione questionis et inju-  
riarum hujusmodi sue legationis auctoritate civitatem ipsam supposuit ecclesiastico  
interdicto ac in Mathiam canonicum ecclesie sancti Stephani Argentinensis<sup>1</sup> necnon  
et in omnes et singulos sacerdotes et clericos, qui durante interdicto predicto in 15  
civitate ipsa vel suburbis aut<sup>a</sup> appendentiis<sup>b</sup> ipsius divina officia celebrarent vel  
dictis civibus sepulturam aut alia eis sacramenta ecclesiastica ministrarent, excom-  
municationis sententiam promulgavit ipsosque mandavit per ordinarios suos excom-  
municatos publice nuntiari. sane aliqui ex sacerdotibus et clericis civitatis et  
suburbiorum predictorum de appellationibus, quas dicti cives propter hoc inter- 20  
jecerant ad sedem ipsam, confisi, quidam vero ex sacerdotibus et clericis locorum  
ipsorum per simplicitatem et juris ignorantiam in predictis locis adhuc interdictis  
divina officia celebrasse et civibus ipsis sepulturam ac sacramenta hujusmodi  
ministrasse ac propterea latam in tales, ut premittitur, per dictum legatum senten-  
tiam excommunicationis incurrisse noscuntur. ac hujusmodi sententiis ligati immis- 25  
cuerunt se divinis. cum autem, sicut accepimus, pacificatum sit super hujusmodi  
questionibus inter partes, nos animarum periculis, quantum cum deo possumus,  
precavere volentes discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus,  
quatinus, si est ita, Mathiam sacerdotes et clericos memoratos et eorum quemlibet  
a predicta excommunicationis sententia auctoritate nostra per te vel alium aut alios 30  
juxta ecclesie formam absolvas et dispenses cum eis et eorum quolibet super irre-  
gularitate, si quam sic ligati et in locis ipsis sic interdictis et eisdem civibus  
excommunicatis presentibus non tamen in contemptum clavium divina hujusmodi  
celebrando forsitan contraxerunt, injuncta eis et eorum singulis propter hoc peni-  
tencia competenti, non obstante indulgentia, qua tibi vel fratribus tui ordinis a sede 35  
apostolica dicitur esse concessum, ut non tenearis te intromittere de quibuscumque  
negotiis, que tibi per sedis ejusdem litteras committuntur, nisi in eis de concessione

a) *S t iis aut auf Rasur.*    b) *Vergl. Stükbeschreibung.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 125 u. 126.*

hujusmodi plena et expressa mentio habeatur. datum Rome apud sanctam Mariam majorem idus maji pontificatus nostri anno tercio.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Kostenvermerk VIII in der üblichen Form. Auf dem Rücken mit zwei Kreuzen eingefasst audi benigne.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]. Unter dem Kostenvermerk VIII ziemlich tief stehend R[ecedit] alb. darunter P. Reät durchstrichen. Rechts auf dem Bug Schreibervermerk M. de Adr., in der Mitte ascult[avit]. Auf dem Rücken unter audi benigne der Registraturvermerk B[escriptum] capitulo CCI, ferner an genau der Vorderseite entsprechender Stelle in kleiner Schrift die Correctur aut appendiciis und von gleicher Hand an andern Platz corrigatur ista et duplicetur.*

*Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. IV, 150 nr. 260 (ex. Reg. Vat. Pont. epist. 201 anni 3). — Potthast Reg. pontif. nr. 23279.*

169. Die Stadt Straßburg theilt dem Bischof Konrad mit, daß sie für den Akt der Aufhebung von Bann und Interdict Hugo Ripelin zu ihrem Vertreter bestimmt habe. 1290 Juni 23 Straßburg.

Venerabili in Christo patri ac domino domino Conrado dei gratia episcopo Argentinensi magistri consules et universitas civium civitatis Argentinensis ejusdem reverentiam tam debitam quam devotam. ad petendum impetrandum et recipiendum relaxationem excommunicationis et interdicti sententiarum et penarum omniumque processuum contra nos et civitatem nostram Argentinensem predictam ac audientes divina officia et recipientes sacramenta ecclesiastica a sacerdotibus, qui in civitate ipsa vel suburbiis ejus, durante interdicto eodem, divina officia celebrarunt, per vos et per venerabilem patrem dominum Johannem episcopum Tusculanum, olim in partibus Alamanie legatum sedis apostolice, vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter prolatarum vel habitorum vel quarumcunque aliarum sententiarum, si quas nos vel ex nobis aliqui incurrisse noscimus occasione questionis hactenus habite inter nos et . . . priorem et conventum fratrum ordinis predicatorum Argentinensium seu injuriarum quarumdam occasione, quas iidem . . . prior et conventus sibi a nobis esse asserunt irrogatas, dominum Hugonem dictum Ripelin nostrum constituimus procuratorem seu syndicum specialem, dantes eidem potestatem et mandatum prestandi in animas nostras de parendo super hiis mandatis ecclesie juramentum, si fuerit oportunum, et omnia alia et singula faciendi nostro nomine et pro nobis, que circa premissa fuerint oportuna. et hec vestre paternitati nota facimus litteris presentibus sigillo communitatis nostre in eorum testimonium sigillatis. actum et datum Argentine 9 kalendas julii anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 Transsumpt in der Urkunde Bischof Konrads von 1290 Juni 24. Vergl. nr. 170.*

170. *Bischof Konrad von Straßburg hebt alle gegen die Stadt Straßburg in Folge ihres Streits mit den Dominikanern gefällten Strafsentenzen auf. 1290 Juni 24 Straßburg.*

In Christi nomine amen. nos Conradus dei gratia episcopus Argentinensis literas sanctissimi in Christo patris domini Nicolai pape quarti presentatas nobis ex parte dilectorum magistrorum consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis 12 kalendas julii anno domini 1290 vidimus et legimus de verbo ad verbum tenorem hujusmodi continentes : [folgt nr. 167]. petente itaque Hugone dicto Ripelin milite, procuratore seu syndico magistrorum consulum et universitatis civium predictorum, suo et . . magistrorum consulum et universitatis civium predictorum nomine, predictas excommunicationis et interdicti sententias et penas omnesque processus contra . . magistros consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta ecclesiastica a presbyteris memoratis per predictum legatum vel alium seu alios ejus mandato et auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos et quascumque sententias alias, quas dicti . . magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt, per nos auctoritate apostolica relaxari, et corpora civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitencie signa in eis, in cimiteriis ipsis remanere permitti, nos itaque volentes mandatis apostolicis obedire, a procuratore vel syndico memorato, habente super hoc a prelibatis . . magistris consulibus et civibus speciale mandatum, de parendo super hiis mandatis ecclesie juramento recepto, omnes predictas excommunicationis et interdicti sententias et penas omnesque processus contra . . magistros consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta predicta a presbyteris memoratis per predictum legatum vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos et quascumque alias sententias, quas dicti . . magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt, auctoritate apostolica nobis in hac parte tradita in hiis scriptis et literis presentibus relaxamus. corpora quoque civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitentie signa in eis, in ipsis cimiteriis permittimus permanere. [folgt nr. 169]. actum et datum Argentine 8 kalendas julii anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend.*

171. *Bischof Konrad und Domprobst Friedrich von Straßburg, Graf Friedrich von Leiningen, Markgraf Hermann von Baden sowie Konrad und Johannes von Lichtenberg sichern der Stadt Straßburg ihren Beistand zu, falls Heinrich von Lichtenstein die Urfehde breche. 1290 Juli 18.*

Wir Conrat von gots guaden der bischof von Strazburg, Friderich der tûmprobist, Friderich der grave von Liningen, Herman der marcgrave von Baden, Conrat

und Johannes von Lichtenberg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder  
 gehôrent, das wir . . dem meistere und deme rate und den burgeren gemeinliche  
 von Strazburg gelobet hant getruweliche und ane alle geverde, swie her Heinrich  
 von Lichtenstein die urvêhte, die er in getan het, iemer gebricht und in schaden  
 5 oder laster getête umbe die getât, das sie in gevangen hettent, swenne sie uns das  
 vurbringen und uns drumbe gemanent, so suln wir in biholfen und geraten sin  
 uf in mit gûten truwen und ane alle geverde, swa wir mûgent und da si ez bi-  
 dôrfent. daz dis war si und stete blibe, derumbe sint unsere ingesigele an disen  
 brief gehenket zeime urkunde. dis geschach, da von gots geburte warent tusent  
 10 jar zweihundert jar und nûncig jar an deme ciztage nach sante Margareden tage.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 6 sig. pend. delapsis.*

172. *Zweiunddreißig genannte edle Herren der Rheinpfalz versichern der Stadt  
 Straßburg, daß sie sich zur Feindschaft gegen Heinrich von Lichtenstein eidlich  
 verpflichtet haben, falls er die der Stadt gegebenen Versprechungen breche. [1290  
 15 Juli].*

Nos subnotati nobiles Sifridus ringravius, Wernherus filius suus, Emercho et  
 Wolframus fratres de Lewinstein, Cûnradus et Kolbo fratres de Warttinberc, Jo-  
 hannes de Lyetinstein, Ph[ilippus] dictus Winter de Alzeia, Heinricus et filius suus  
 Reinhardus de Honekin, Merbodo de Bylistein, Wolf[ramus] et Sifridus de Lewin-  
 20 stein, Bertolfus de Ebistein, Conradus de Frisinheim, item Hertwinus de Basinheim,  
 Hermannus et Petrus de Lonisheim, Franko de Bokinowin, Syfridus, David, Wern-  
 herus de Linigin, Emercho de Lewinstein, Johannes de Grewilre, Gerhardus  
 et Sygelo filii H[einrici] de Lytinstein, Th[eodericus] de Dyttilsheim, Wilhelmus  
 dictus Letto, C[onradus] filius Johannis de Lytinstein, Th[eodericus] de Kyrwilre,  
 25 Rudegerus de Randekin recognoscimus et notum facimus universis, quod mediante  
 Syfrido milite de sancto Albino juravimus esse inimicos et in omni parte esse con-  
 trarios Heinrici de Lyttinstein militis ita, quod si violator extiterit, quod absit,  
 promissionum talium, quas fecerat Argentine pro sua absolutione captivitatis. quod  
 cum appensione sigillorum nostrorum presentem litteram civibus Argentinensibus  
 30 tradimus roboratam.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 7 sig. pend., quorum  
 6 delapsa. Das eine noch hängende Siegel zeigt einen schreitenden Löwen und in der  
 Legende s. Wolframmi de Leuwensteinne. Das Stück, dessen Schriftcharakter auf das  
 ausgehende 13. Jahrhundert weist, ist jedenfalls mit nr. 171 in engsten Zusammenhang  
 35 zu bringen und wohl ebenfalls auf 1290 Juli zu datiren. Die darin erwähnten rheinpfälzi-  
 schen Edlen sind fast sämtlich für jene Zeit urkundlich nachzuweisen.*

173. Petrus Arborensis archiepiscopus, Guillelmus Callensis et Perronus Lari-  
 nensis episcopi omnibus penitentibus et confessis, qui causa devocionis et in spiritu  
 humilitatis ad ecclesiam vel locum quemcunque accesserint, ubi prepositus sancti  
 40 Arbogasti extra muros Argentinenses missam solempnem celebraverit aut verbum



dei predicaverit, quadraginta dies de penitentiis relaxant. «juxta psalmiste sacrum eloquium». datum apud Urbemveterem anno domini 1290 pontificatus Nicolai pape quarti anno tercio. 1290 [Februar 22 — Juli 22] Orvieto.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 1700 cop. ch. sec. XV i. Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 3. Die nähere Datirung ergibt der Beginn des Pontificatsjahrs und die Bestätigungsurkunde Bischof Konrads für diesen Ablaß von 1290 Juli 22 ebenda.*

174. Bischof Konrad von Straßburg fällt in dem Streit zwischen der Stadt Straßburg und den Dominikanern seinen Schiedsspruch dahin, daß dieselben auf die Forderungen der Bürgerschaft nicht eingehen können und dürfen. 1290 August 11 Kloster St. Marx bei Straßburg.

In nomine domini amen. suscitata dissensionis materia inter religiosos viros . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus in Argentina ex una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera super eo, quod magister consules et universitas civium predictorum a predictis . . priore et fratribus quosdam articulos petiverunt, dictus . . prior, accedente voluntate consensu et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermanni de Minda tunc prioris provincialis, pro se et fratribus dicte domus ex parte una, et Reiboldus miles dictus Stubenwech tunc magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera super eisdem articulis ac omni lite et dissensionibus quibuscunque in nos Cünradum dei gracia Argentinensem episcopum compromiserunt et concorditer convenerunt. cujus compromissi forma talis est: [folgt nr. 164]. nos igitur articulis supradictis discussis a nobis et examinatis de consilio peritorum, quia invenimus, . . priorem et fratres predictos articulos prefatos secundum deum et observanciam ordinis sui et absque peccato observare vel promittere non posse, idcirco deliberacione prehabita in hiis scriptis decernimus judicamus et arbitrando pronunciamus, . . priorem et fratres antedictos promittere vel observare non posse secundum deum et observanciam sui ordinis et absque peccato articulos memoratos, . . priorem et fratres antedictos ab inpeticione magistrorum et consulum et universitatis civium predictorum per nostrum arbitrium absolventes. ceterum super omni lite et dissensionibus quibuscunque occasione predicta usque in diem initi compromissi inter partes predictas habitis hinc et inde pronunciamus et arbitrando decernimus in hiis scriptis, ut omnes lites et dissensiones prescripte inter partes hinc et inde penitus conquiescant, arbitrando nichilominus decernentes, ut exnunc omnes injurie occasione dissensionis predictae illate partibus antedictis communiter vel divisim et acciones pro injuriis quibuscunque occasione dissensionis predictae contra personas quascunque dictis partibus competentes communiter vel divisim cessent penitus hinc et inde. ad hec juxta tenorem compromissi pronunciamus et arbitrando decernimus, perpetuam pacem inter partes predictas inviolabiliter observari. ut autem pax predicta inter partes efficacius observetur, pronunciamus et arbitramur, ut, si processu temporis alique, quod absit, predictis . . priori vel fratribus dicte domus in rebus vel personis injurie fuerint irrogate, de hiis magister et consules civitatis Argentinensis predictae, qui pro tempore

fuerint, dictis . . . priori et fratribus ad solam denunciationem eorundem . . . prioris et fratrum vel alterius cujuscumque faciendam ex parte prioris et fratrum eorundem magistro et consulibus antedictis plenariam facient justiciam eam videlicet, quam civibus Argentinensibus facere consueverunt. actum et datum apud monasterium sancti Marcii extra muros Argentinenses crastino festi beati Laurentii anno ab incarnatione domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 2 or. mb. c. sig. pend.*

175. *Meister und Rath der Stadt Straßburg sowie ihr Notar Johannes Erlin legen gegen den Schiedsspruch Bischof Konrads in ihrem Streit mit den Dominikanern Verwahrung ein. 1290 August 17 und 18 Straßburg.*

Universis presentes litteras inspecturis Nicolaus dictus Zorn miles senior, magister Reiboldus miles dictus Stubenweg necnon consules et universitas civium civitatis Argentinensis noticiam subscriptorum. suscitata discensionis materia inter nos ex una et religiosos viros . . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus in Argentina ex parte altera super eo, quod nos a predictis . . . priore et fratribus quosdam articulos petivimus infrascriptos, et ex aliis certis causis, venerabilis in Christo pater noster dominus Conradus dei gratia Argentinensis episcopus ex compromisso arbiter seu arbitrator et amicus compositor concorditer electus a nobis et a priore et fratribus antedictis decrevit judicavit et arbitrando pronunciavit juxta formam inferius annotatam, cujus tenor dinoscitur esse talis: [folgt nr. 174]. idcirco nos magister Reiboldus ac consules et universitas civium Argentinensium antedicti decreto judicio pronunciationi seu arbitrio suprascriptis domini nostri episcopi antedicti stare parere vel obedire aut laudare approbare ratificare vel emologare eadem minime cupientes, ne nobis ex ipsis aliquod prejudicium generetur, eisdem decreto judicio pronunciationi et arbitrio domini episcopi memorati contradicimus ac decretum judicium pronunciationem et arbitrium suprascriptum prefati domini episcopi reclamamus. eisdemque decreto judicio pronunciationi et arbitrio stare parere vel obedire [litteris presentibus recusamus, dantes nichilominus Johanni genero Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis nostro notario liberam potestatem et mandatum, decretum judicium pronunciationem et arbitrium domini nostri Argentinensis episcopi suprascripta recusandi reclamandi et contradicendi eisdem nostro nomine et pro nobis, ubi fuerit oportuna, et omnia alia et singula faciendi, que circa premissa fuerint oportuna, promittentes nos ratum habituros et gratum, quicquid idem Johannes egerit in premissis. et hec omnibus, quorum interest vel intererit, nota facimus litteris presentibus sigillo civitatis seu communitatis nostre Argentinensis in eorum testimonium sigillatis. acta sunt hec Argentine in palatio episcopali, nobis more solito congregatis, 16 kalendas septembris anno ab incarnatione domini 1290<sup>1</sup>.

August 17

<sup>1</sup> Diese Urkunde ist auch für sich im Original mit hängendem Stadtsiegel erhalten. Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gow. lad. 71. Im Auszug ist sie nach dem Briefbuch A fol. 37<sup>b</sup> ibid. mitgetheilt bei Schöpflin Als. dipl. II, 45 nr. 769.

Nos<sup>a</sup> iudices curiarum domini decani necnon dominorum Johannis de Erenberg et Johannis de Ohnstein archidiaconorum ecclesie Argentinensis confitemur et publice protestamur, nos vidisse audivisse et interfuisse in capitulo fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis<sup>b</sup>, ubi Johannes gener Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis, notarius magistri consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis, litteras vero sigillo civitatis seu communitatis Argentinensis sigillatas in nulla sui parte vitiatas, tenorem suprascriptum de verbo ad verbum continentes, legit publicavit et recitavit publice. . . priori et conventui fratrum dicte domus ibidem presencialiter constitutis<sup>c</sup> et prescripta omnia et singula audire et intelligere valentibus. dictisque litteris per eundem Johannem publicatis et recitatis publice<sup>d</sup>, ut premittitur, et perlectis, prefatus Johannes mox auctoritate et potestate seu mandato a prefatis magistro Reimboldo milite dicto Stubenweg ac consulibus et universitate civium civitatis Argentinensis predictis sibi datis sive traditis in hac parte prescriptis decreto iudicio pronunciationi et arbitrio domini nostri Conradi dei gratia Argentinensis episcopi publice et in scriptis predictis, . . . priore et fratribus modo simili audire et intelligere valentibus<sup>e</sup> ibidem, contradixit ipsamque reclamavit et etiam recusavit et protestatus est publice, prefatos magistrum Reimboldum dictum Stubenweg necnon consules et universitatem civitatis Argentinensis predictos decreto iudicio pronunciationi et arbitrio antedictis stare vel obedire non velle aliquatenus vel parere nec ipsos eadem velle laudare approbare ratificare vel emologare tacite vel expresse, nostrum super hoc specialiter rogatorum et vocatorum et aliorum ibidem presentium testimonium invocando in hec verba. et ego Johannes gener Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis, notarius dominorum magistri consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis predictus, auctoritate et potestate seu mandato a prefatis dominis magistro domino Reimboldo milite dicto Stubenweg necnon consulibus et universitate civium civitatis Argentinensis predictis michi datis sive traditis in hac parte predictis decreto iudicio pronunciationi et arbitrio prefati domini Argentinensis episcopi contradico ipsumque decretum iudicium pronunciationem et arbitrium suprascriptum prefati domini Argentinensis episcopi reclamo litteris presentibus et recuso, protestans publice coram vobis dominis presentibus, prefatos dominos meos. . . magistrum Reimboldum dictum Stubenweg militem necnon consules et universitatem civium civitatis Argentinensis predictos decreto iudicio pronunciationi et arbitrio antedictis prefati domini Argentinensis episcopi stare vel obedire non velle aliquatenus vel parere nec ipsos eadem velle laudare approbare ratificare vel emologare tacite vel expresse, testimonium super hiis dominorum presentium invocando. et in eorum testimonium nos iudices antedicti sigilla curiarum dominorum archidiaconorum prescriptorum

a) weder in S noch in S t Absatz. b) S t statt in capitulo etc. in consistorio sive iudicio curie venerabilis patris domini nostri episcopi Argentinensis. c) S t statt priori etc. 16 kalendas septembris paulo ante horam completorii magistro Yringo de Mollesheim ibidem solito iudicare et magistro Ottoni notario dicti consistorii et aliis quam pluribus ibidem presencialiter constitutis. d) S t om. publice. e) S t om. predictis—valentibus.

litteris presentibus duximus appendenda. acta sunt hec quinto<sup>a</sup> decimo kalendas septembris anno ab incarnatione domini 1290<sup>1</sup>.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 3 sig. pend.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. 3 sig. pend.*

- 5 176. Frater Bonifacius Bosoniensis ecclesie episcopus ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini<sup>2</sup> omnibus vere penitentibus et confessis, qui summe ecclesie parochiali sancte Marie in Argentina seu per laborem sive per elemosinam manum adjutricem porrexerint, seu qui locum eundem oraturi accesserint in festis gloriose virginis Marie, dedicacionis, nativitatis domini, resurrectionis domini, penthecostes  
10 omniumque sanctorum et in festo sancti salvatoris, in festis quoque specialibus ac per octavas eorundem, quadraginta dies criminalium et annum venialium relaxat, dummodo consensus dyocesani accedat. «cum ad promovenda». datum anno domini 1290 in festo Luce ewangeliste sancti. 1290 October 18.

*F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 207<sup>b</sup> cop. ch. sec. XV.*

- 15 177. Theodericus prior ecclesie sancte Andree Urbevetane, domini pape cappellanus, collector decime vicesime redemptionis votorum et crucis, legatorum et obventionis cujuslibet terre sancte deputatorum subsidio in Treverensi, Maguntina, Coloniensi, Bremensi et Magdeburgensi provinciis ac Caminensi diocesi per sedem apostolicam deputatus, negotia prelibata priori subpriori et lectori fratrum predicatorum Argentinensium committit, quousque revocaverit hoc mandatum. «cum propter  
20 multas et varias». datum Argentine 8 kalendas julii anno domino 1291. Juni 24 Straßburg.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend. Vergl. Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 20.*

- 25 178. Pabst Nicolaus IV beauftragt den Dekan von St. Stephan zu Saarburg, die Klage des Straßburger St. Margarethenklosters gegen den Straßburger Bürger Kuno von Eckartsweiler, falls der Straßburger Official sie noch drei Monate weiter verschleppe, zu untersuchen und zu bescheiden. 1291 November 27 Rom St. Maria maggiore.

- 30 Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . decano ecclesie sancti Stephani de Sarburg Metensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. sua

a) S i sexto.

<sup>1</sup> Die Verwahrung gegen den bischöflichen Schiedspruch erfolgt in dreifacher Form, zuerst von Seiten des Raths am 17. August in der bischöflichen Pfalz selber, dann am gleichen Tage Abends von dem städtischen Notar Johannes Erlin vor der bischöflichen Curie, zuletzt am 18. August von demselben Bevollmächtigten vor dem Capitel der Dominikaner.

<sup>2</sup> Vergl. Annal. Colmar. maj. zum Jahr 1291 (Mon. Germ. SS. XVII, 218).

nobis . . . priorissa et conventus monasterii monialium sancte Margarete extra muros Argentinenses per priorissam soliti gubernari petitione monstrarunt, quod, cum ipse Canonem dictum de Ekebreteswilre civem Argentinensem coram . . . officiali Argentinensi, ad quem de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consuetudine hujusmodi causarum cognitio in civitate predicta, in qua dictus civis consistit, pertinet, super terris debitis possessionibus et rebus aliis non ex delegatione apostolica traxisset<sup>a</sup> in causam, dictus officialis detinens causam hujusmodi per annum et amplius in suspenso in ea procedere non curavit in priorisse et conventus predictarum prejudicium et gravamen, quamquam per eas non steterit, a quibus fuit super hoc legitimis temporibus humiliter requisitus. volentes igitur, ut finis litibus imponatur, eidem officiali nostris damus litteris in mandatis, ut, si est ita, in predicta causa infra tres menses post receptionem litterarum ipsarum previa ratione procedat. quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus officialis mandatum nostrum infra prescriptum tempus super hoc neglexerit adimplere, tu extunc causam eandem audias et appellatione remota debito fine decidas faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. datum Rome apud sanctam Mariam majorem 5 kalendas decembris pontificatus nostri anno quarto.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 3061 or. mb. c. b. pend. delapsa. Kostenvermerk : zwei Punkte mit Haken darüber. Schreibervermerk G aly. Auf der Rückseite Procuratorvermerk mit vier Strichen eingerahmt : N. Waldini, darüber mit blässerer Tinte und verwischt bē de Warmacia. Ein anderer Vermerk ist stark verwischt, zu erkennen noch Johannes d . . . math.*

179. *Vergleich des St. Thomascapitels und des St. Margarethenklosters über den Bezug von Zehnten aus dem St. Aureliensprengel. 1291.*

Coram nobis . . . iudice curie Argentinensis constituti . . . prepositus . . . decanus totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis renunciaverunt omnibus cautionibus prestationibus promissionibus pactis juramentis inter ipsos ex una et . . . priorissam et conventum monasterii sancte Margarete extra muros Argentinenses ex parte altera scripto vel juramento vallatis ita, quod prefati . . . prepositus . . . decanus et capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis confessi sunt, se nichil juris habere occasione ecclesie sancte Aurelie in Argentina quoad priorissam et conventum monasterii sancte Margarete predicti in omnibus oblationibus mortuariis legatis funeribus apud dictum monasterium eligentibus sepulturam et in aliis obventionibus monasterii sancte Margarete predicti, nisi eatenus, quatenus predicatorum in Argentina parrochie, quam inhabitant, sunt astricti seu aliis parrochiis, de quibus tollunt corpora mortuorum apud ipsos eligentium ecclesiasticam sepulturam, et ad que alia monasteria ejusdem ordinis civitatis Argentinensis circumjacentia parrochiis,

<sup>a)</sup> *B wohl verschrieben für traxissent.*

quibus inhabitant, sunt astricta<sup>a</sup>, salvis tamen censibus jam dudum prestitis et prestandis . . . decano et capitulo predictis a . . . priorissa et monasterio antedictis<sup>b</sup>. prefate<sup>c</sup> eciam . . . priorissa et conventus monasterii sancte Margarete predicti vice versa promiserunt, decimas prediales de agris suis omnibus, de quibus jure communi decime solvi debent, et specialiter de terris, quas habent sub aratro et cultura sua et habere poterunt in futurum infra limites parrochie ecclesie sancte Aurelie predictae, cum integritate persolvere perpetuo singulis annis intra festa assumptionis videlicet et nativitatis beate virginis ecclesie sancte Aurelie memorate, exceptis hiis, que infra limites et septa claustrum et metas monasterii sui crescunt, adicientes . . .

10 priorissa et conventus monasterii sancte Margarete predicti super se penam, ut, si decimas predictas juxta consuetudinem terre singulis annis termino prescripto . . . preposito . . . decano et capitulo ecclesie sancte Thome predictae non solverent, quod cadant et cadere debeant a jure reddituum septem quartalium siliginis super bonis suis sitis in villa et banno Wikersheim juxta Achenheim infra specificatis. quos

15 redditus septem videlicet quartalium siliginis predictorum dicte priorissa et conventus . . . decano et capitulo predictis obligaverunt et eos quoad dominium et proprietatem eorundem ad manus decani et capituli predictorum resignaverunt et dictos redditus sub annuo censu, unius videlicet fertonis cere persolvendi singulis annis, a . . . priorissa et conventu predictis decano et capitulo memoratis receperunt.

20 et nichilominus si in solutione dictarum decimarum terminis prescriptis deficerent per negligenciam per se vel per alios, penis suprascriptis non astringentur. si vero se nolle decimas solvere affirmaverint et occasione alicujus privilegii obtenti vel obtinendi se tueri voluerint et occasione hujusmodi ipsas decimas recusaverint se prestare, licebit decano et capitulo predictis dictos redditus ad se trahere et de eis

25 disponere, prout eis melius videbitur expedire, monitione tamen unius mensis sollempni a duobus dominis de capitulo facta et premissa ad priorissam et conventum predictos post dictum festum. et super premissis priorissa et conventus predictae pro se et successoribus suis universis renunciaverunt exceptioni deceptionis doli mali in factum et aliis et quod non possent dicere seu allegare, quod premissa

30 fecissent preter consensum suorum superiorum, prioris videlicet provincialis per Alemanniam generalis necnon prioris fratrum predicatorum domus Argentinensis, sub quorum jurisdictione regulari persistunt, hujusmodi exceptione eis in nullo suffragante, exceptionibus et defensionibus quibuscunque omnique juris auxilio canonici et civilis, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis vel impetrandis, sub

35 quacunque forma consistant verborum, juri que dicenti generalem renunciationem non valere, et generaliter omnibus, quibus veniri posset contra presens instrumentum in judicio vel extra in posterum vel ad presens. [*folgt Güterbeschreibung*]. in cujus rei testimonium sigillum curie Argentinensis ad petitionem hinc inde partium predictarum una cum sigillis capituli sancti Thome Argentinensis necnon . . .

40 priorisse et conventus predictorum presentibus est appensum. nos . . . prepositus . . . decanus et capitulum<sup>d</sup> sigillum nostri capituli predicti presentibus in testimonium

August 15

September 8

a) B astricti. b) B predictis. c) T prefata. d) B add. ecclesie sancti Thome predictae.

premissorum duximus appendendum. nos eciam . . . priorissa et conventus prediete sigilla nostra in premissorum omnium evidenciam et plenum testimonium presentibus similiter duximus appendenda. actum et datum anno domini 1291.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 11 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*B coll. aus Straßb. Bez. A. H fasc. 3117 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*Gedruckt nach T bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 335 nr. 52.*

180. Nicolaus IV papa episcopo Basiliensi, preposito ecclesie sancti Martini et priori fratrum predicatorum Columbariensibus Basiliensis diocesis mandat, quatenus appellationem decani et capituli ecclesie Argentinensis de Claudino nato quondam Cassoni de Latturre clerico Mediolanensi, qui super receptione sua in canonicum Argentinensem et provisione prebende litteras apostolicas impetraverit, coram magistro Goffrido de Placentia cappellano ipsius ac palatii auditore causarum ventilatam nec explanatam diligenter examinent, positiones et responsiones utriusque partis fideliter redactas ad curiam transmissuri. «sua nobis decanus». datum Rome apud sanctam Mariam majorem nonas februarii pontificatus nostri anno quarto. 1292  
*Februar 5 Rom St. Maria maggiore.*

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 3466 fol. 194 cop. ch. sec. XVI.*

181. *Bischof Konrad verpflichtet sich der Stadt Straßburg, ohne ihren Willen mit Kuno von Bergheim keinen Frieden zu schließen. 1292 Februar 28.*

Wir von gots gnaden bischof Cûnrat von Strazburg globent und hant globet getruweliche mit disem gegenwertigen briefe unsern lieben frûnden dem meister und dem rate und der gemeinde von Strazburg, daz wir uns mit Cûnen von Bergheim dem alten noch mit allen sinen helfern noch mit allen den, die des urlûges sint oder werdent, niemer gesûnen sullent noch gefriden wanne mit der burger wille von Strazburg. ðch globen wir in und hant in globet, was krieges die burger von Strazburg iemer angât von diz selben krieges wegen, den wir hant mit dem vorgevant von Bergheim und mit sinen helfern, daz wir in da inne vûrderliche und getruweliche beholfen sullent sin. und daz diz war und stete blibe, darumbe so han wir zeime urkûnde unser ingesigel gehenket an disen brief. diz geschach an dem fritdage vor Reminiscere, da von gots gebûrte warent tusent jar zweihundert jar und zwei und nûntzig jar.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 147<sup>a</sup> mit der Ueberschrift daz bischof Cûnrat globte an der von Strazburg wille sich mit dem von Bergheim noch sinen helfern nit zû sînende.*

182. *Kuno von Bergheim schwört Bischof Konrad und der Stadt Straßburg Sûhne für allen erlittenen Schaden. 1292 April 3.*

Ich Cûne von Bergheim der alte tûn kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehôrent lesen, daz ich gesworn habe vûr mich und alle die minen eine stete

süne minem herren bischof Cünrat von Strazburg und allen sinen helfern und mit  
 nammen den burgern von Strazburg umbe allen den schaden, der mir und den  
 minen geschach zü Germersheim<sup>a</sup> obewendig und nidewendig in disem urlüge<sup>1</sup>.  
 daz dis wor sie und stete blibe än allerslahte geverde, darumbe han ich min inge-  
 5 sigel an disen gegenwertigen brief gehencket zü einem steten urkünde dirre vorge-  
 schriben rede. dis geschach und wart dirre brief geben an dem grünen dunres-  
 dage zü frügem imbisze, da von gotz gebürte warent tusent jar zweihundert jar  
 und zwei und nüntzig.

10 *S aus Strab. St. A. Briefbuch A fol. 60<sup>a</sup> mit der Ueberschrift Cünen süne von Bergheim  
 gegen bischof Cünrat und der stat zü Strazburg.*

183. *Johannes Landgraf zu Elsaß und die Stadt Erstein schließen mit der  
 Stadt Straßburg eine Sühne um verschiedene Mißhelligkeiten. 1292 Juli 26.*

Wir Johannes der lantgrave ze Elsz und der schultheisse und die burgere  
 gemeinliche von Erstheim vür uns und unsere helfere einsite, und wir der meister  
 15 und der rät und die burgere von Strazburg gemeinliche und Hagenen wurtin, der  
 wilemalen des schultheissen kneht waz von Strazburg, andersite tünt kunt allen  
 den, die disen brief gesehent oder gehörent lesen, daz wir mit einander vor unserme  
 herren deme bischove von Strazburg überein sint komen umbe alle die missehelle,  
 die wir mit einander hettent von der pfendungen wegen, die Wolvelin zü deme  
 20 Riet und Retschilt<sup>b</sup> die burgere von Strazburg und ire helfere dotent, die die von  
 Erstheim und ire helfere beschuttent, und umbe den dotslag, der an Hagenen des  
 schultheissen kneht von Strazburg geschehen ist, und umbe die wunden, die Cun-  
 zeline von Truhterzheim und des schultheissen botte von Strazburg geschehen sint,  
 und umbe allen den schaden, der den von Strazburg von der selben pfendungen  
 25 geschehen ist, und umbe den Hullen von Schaftolzheim den rittere und umbe Dur-  
 lendere, die ze Strazburg gefangen warent umbe die selbe getat, do han wir beden  
 site gelobet eine lutere süne und hant die gelobet mit güten druwen stete ze  
 habenne ane alle geverde. und hant der vorgenante Hulle und Durlendere urvehete  
 30 umbe die getat niemer liet sulnt getün. und des zeime steten urkunde dirre vorge-  
 schribenen dinge so het unser herre der bischof von Strazburg sin ingesigele und  
 wir der lantgreve unser ingesigele<sup>c</sup> und wir die burgere von Erstheim unserre stete  
 ingesigele und wir der meister und der rat und die burgere von Strazburg unserre  
 stete ingesigele an disen brief gehenket. wir Cunrat von gotz gnaden der bischof  
 35 von Strazburg, vonde wir hie bi warent, so han wir durch bette des vorgenanten

a) offenbar verlesen für Sermersheim. b) zweifelhaft ob nicht Rotschilt zu lesen. c) S ingesige.

<sup>1</sup> Vergl. die Notizen über diese Fehde in den *Annal. Argentini. Ellenhardi* (*Mon. Germ. SS. XVII, 103*) u. in den *Annal. Colmar. maj.* (*ibid. p. 218*), aus denen hervorgeht, daß es sich um Sermersheim bei Benfeld handelt.



lantgraven und der burgere von Erstheim und der burgere von Strazburg unser ingesigele zû irn ingesigelen an disen brief gehenket zeime urkûnde aller dirre vorgeschribenen dinge. dis geschach an deme samestage nach sante Jacobes dag, do von gotz geburte warent dusent jar zweihundert jar und zwei und nunzig jar.

*S aus Straßb. St. A. FF or. mb. c. 4 sig. pend. delapsis.*

5

184. *Pfalzgraf Ludwig Herzog von Baiern mahnt die Stadt Straßburg an die Zahlung einer Entschädigungssumme. [1263—1292] August 30 Fürstenberg.*

Lodwicus<sup>1</sup> dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie viris providis et discretis . . . consilibus et universitati civium Argentinensium salutem cum plenitudine omnis boni. cum quondam fidelem nostrum Arnoldum patrem Petri de Niwenrode dampni-  
ficaveritis absque causa in magna pecunie quantitate, et de hoc ex parte vestra et ipsius Petri ac fratrum suorum postmodum itum fuerit ad arbitros, et iidem de certa summa pecunie restituenda predictis fratribus fuerint arbitrati, et pars ejusdem pecunie arbitrate sit soluta et altera sit retenta, discrecionis vestre providentiam  
instanter requirimus et attentius commonemus, quatenus et juris intuitu et ob nostri  
reverentiam aliquem nuncium ydoneum et discretum placeat vobis ad partes istas  
destinare ad inquirendum, quantum eis cesserit de ipsa pecunia arbitrata et quan-  
tum ex ea remanserit insolutum, et de solucione illius efficaciter ordinare. in quo  
juri satisfacietis et fratribus prelibatis et nobis nichilominus grati favoris indicium  
ostendetis. datum in Furstenberch 3 kalendas septembris.

20

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. laeso. Die Urkunde ist jedenfalls mit UB. I nr. 528 vom Jahr 1263 in Zusammenhang zu bringen und später als diese anzusetzen. Da Herzog Ludwig 1294 Februar 1 stirbt und 1293 zur Datierungszeit des Stücks in Regensburg weilte, so ist 1293 als Endtermin genommen. Möglicherweise fällt die Urkunde in das Jahr 1282, wo Ludwig am 25. August zu Fürstenberg nachweisbar ist<sup>2</sup>.*

25

185. *Anselm von Rappoltstein schließt mit der Stadt Straßburg eine Sühne, für die er dreiundzwanzig genannte edle Herrn als Bürgen stellt. 1292 November 3.*

Ich Anshelm von Rapolstein tûn kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehôrent lesen, daz ich uberein bin komen mit den burgern von Strazpurg einer  
stêten geschwornen sûnen vûr mich und vûr mine kint uad vûr minen brüder Hein-  
richen und vûr alle mine frûnde und binamen vûr mines brüder sun hern Ūriches  
umbe die gevancknisse, do mich her Peter Ripelin vienk von siner swester wegen<sup>3</sup>

30

<sup>1</sup> Nach der Siegellegende ergänzt.

<sup>2</sup> Böhmer Wittelsbachische Regesten S. 41.

35

<sup>3</sup> Vergl. die Notiz in den *Annal. Colmar. maj.* zum Jahr 1292: Hermannus de Rapolstein 2 nonas junii a civibus Argentinensibus fuit captivatus ad preces pauperum mulieris. (*Mon. Germ. SS. XVII, 219*).

und der burger von Strazpurg, und umbe allen den krieg, so ich ie mit in gewan, so gelob ich bi geswornem eide, den ich getân han, niemer ze tûnde noch ze helfende noch ze râtende noch ze schaffende wider den burgern von Strazpurg an keinen dingen noch an keime kriege noch in keime urlûge, daz sù gemeinlich  
 5 anegat und da sù hõbet des urlûges sint. ich gelobe õch bi geswornem eide, den ich getân han, daz disen eit nieman abetriben sol noch werben abegetriben von bábisten noch von kúnegen noch von keisern noch von geistlichem noch von weltlichem gerihte . geschêhe aber, daz ich dise sùne brêche deheine wis oder von den minen gebrochen wurde, daz sol ich widertân innewendig ahte tagen oder sol  
 10 mich antwurten in den selben ahte tagen ich und mine bûrgen nach rechter gîselchaft, so wir drumbe gemant werdent ze huse und ze hove oder under ougen, ze leistende vier wochen ze Strazpurg, unze daz widertan wurt oder gebessert, damite die sùne gebrochen wurt. were aber daz ez widertan oder gebessert niht wurde in den vier wochen, so wir drumbe gemant werdent, so sol ich Anshelm schuldig sin  
 15 und haft umbe daz, damite die sùne gebrochen ist, und umbe tûsent mark silbers den burgeren von Strazpurg und also lange ze leistende ich und mine bûrgen, unz ich des mit in uberein kume. were aber daz miner frûnde etelicher bezigen wurde, daz er dise sùne gebrochen hette, wil der swern zen heilgen, daz er von minen wegen und umbe dise getât die sùne niht gebrochen habe, so sol ich und mine  
 20 bûrgen der getât lidig sin. wolte aber er niht swern, alse da vor bescheiden ist, oder lihte gêhe, daz erz von minen wegen getân hette, so sol ich den burgern von Strazpurg beholfen sin mit gûten truwen âne gevêrde und sol in õch mine veste uftûn uf den, der dise sùne gebrochen het, unz er daz gebessere. tète ich des niht, damite sol ich die sùne gebrochen han. ich han õch gelobt und Heinrich min  
 25 brûder, daz wir noch nieman von unsern wegen vorn Annen Hessen sêligen wurtin und ire kint niht irren sulent an dem wingelte ze Hagenach noch an dem korngelte ze Osthûs, daz wir in hant gegeben ze kôfende. daz dise gelûbde und dise sùne stête belibe, darumb gib ich Anshelm der vogenante in ze bûrgen hern Johannesen den lantgraven, hern Heinrichen von der Dicke sinen õheim<sup>1</sup>, hern Walthern von  
 30 Geroltsecke<sup>2</sup>, hern Otten von Ohsenstein den lantvogt, hern Burcharten von Horburg, hern Walthern von Richenberg, hern Ûlrichen den lantgraven, hern Ûlrichen von Rotzenhusen, hern Cûnraten von Landesperg und hern Wernheren sinen sun, hern Rûdolfen, hern Heinrichen und hern Eberharten von Andelabe<sup>3</sup>, hern Cûnen den alten von Bergheim, hern Hartman und hern Friderichen von Rotzenhusen,  
 35 hern Cûnraten den Harst von Hadestat, hern Rûdolfen von Slierbach, hern Dietherichen von Burchheim, hern Hartmannen von Ersten<sup>4</sup>, hern Rûstheim von Ellenwilre,

<sup>1</sup> Das ovale Siegel zeigt einen Geistlichen vorm Pult und die Legende s. Heinrici de Dic . . . canonici Argentinensis.

<sup>2</sup> Legende : s. Waltheri junioris de Geroltsegge.

<sup>3</sup> Alle drei Siegel der Andlauer zeigen im Wappenschild das Kreuz, nur Heinrich wird in der  
 40 Legende als miles bezeichnet.

<sup>4</sup> Legende : s. H. de Erstein judicis in Sletstat.

Petern den Schriber<sup>1</sup> und den Ritter von Sletzstat<sup>2</sup>. ich gelobe ðch, swie der vorge-  
 nannten bürgen deheiner stirbet, daz ich in den nêhisten vierzehen tagen, so ich  
 gemant wurde, einen andern sol geben an des stat, der ime gemêze si, âne geveerde  
 oder einen, den die burger genâment oder einen den besten, den ich denne haben  
 mag bi dem eide. heruber sint gekosen die vier meistere von Strazpurg, swelhe sù  
 denne sint. swie dise selben vier meistere oder drie von den vieren bi dem eide  
 ervarnt und sprechent, daz die sùne gebrochen si, so sùlent die bürgen leisten,  
 also da vor geschriben stat. beschêhe ðch, daz got wende, daz die bürgen wurdent  
 leisten, so sol her Otte von Ohsenstein der lantvogt sinen sun an sine stat legen,  
 ob in des riches not irrete und niht sin selbes not, und sol daz geschehen âne  
 geverde. und aber her Walther von Geroltsecke sol leisten ze Hagenowe ðch âne  
 geverde. were ðch daz der bürgen deheiner brêche, den sùlent die burger von  
 Strazpurg pfenden und angrifen, und gât daz weder an geistlich noch an weltlich  
 gerihte noch an den lantfride. daz diz von mir mit gûten truwen stête belibe, dar-  
 umbe han ich zeime urkûnde min ingesigel gehenket an disen brief und ðch Hein-  
 rich min brüder daz sine und han ðch die bürgen gebeten, daz sù ir ingesigele  
 heran gehenket hant zeiner warheit alles des, so heran geschriben stat. wir die  
 vorgeannten bürgen vergehent stête ze habende und ðch ze leistende mit gûten  
 truwen und bi dem eide âne alle geverde alles, daz an disem gegenwertigen brieve  
 von uns geschriben stat, und hant ðch darumbe unsere ingesigele an disen selben  
 brief gehenket zeime stêten urkûnde aller der dinge, so heran geschriben stat.  
 dirre brief wart gegeben an dem mêtage nach aller heiligen tag, do von gotes geburt  
 warent tusent jar zweihundert jar und zwei und nûnzig jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23<sup>b</sup> or. mb. c. 25 sig. pend.,  
 quorum 1 delaps. Abgefallen das Siegel Kunos von Bergheim. Das Stück zeichnet sich  
 durch großen Reichtum an verschieden gestalteten Zeichen über den Vokalen aus. Ueber  
 dem u in vur steht z. B. ein im spitzen Haken oder Bogen verlaufender Circumflex  
 sehr ähnlich dem Zeichen über e in stete oder a in ane, während über u in frunde und  
 kunegen ein Strich in Gravisstellung sich zeigt. Auch ie z. B. in brief, die, vienk  
 u. s. w. ist mit dem circumflexähnlichen Zeichen versehen.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 141<sup>b</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 52 nr. 780.*

136. *König Adolf beauftragt den Landvogt des Elsaß, das Straßburger  
 Frauenkloster St. Marx in seinem Besitz zu schirmen. 1292 December 10 Hagenau.*

Adolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro . . . advocato pro-  
 vinciali per Alsaciam dilecto suo fideli gratiam suam et omne bonum. licet nos,  
 quos divina clemencia ad fastigium regalis solii evocavit, cunctos degentes sub imperio  
 ex officii nostri debito defensionis nostre presidio defendere teneamur, maxime tamen  
 harum defensionibus intendere nos delectat, que tanquam humiles ancille Christi  
 pro statu nostro felici divinam invocant magestatem. volentes igitur religiosarum

<sup>1</sup> Von der Legende des sehr kleinen ovalen Siegels ist nur zu erkennen . . . r . . . in Sletts . . .

<sup>2</sup> Scheint einen Adler im Wappenschild zu führen, Legende unkenntlich.

Christi ancillarum . . priorisse<sup>a</sup> et sororum de sancto Marco extra muros civitatis Argentinensis ordinis beati Dominici, quas speciali prerogativa complectimur, quasque celebis vite insignit religio, dispendiis precavere, fidelitati tue studiose committimus et mandamus precise volentes, quatenus eas tibi habeas fideliter et efficaciter recon-

5 missas, non permittas eis ab aliquo tam in bonis suis sitis in banno Baldebrunnen<sup>1</sup>, quam eciam testamentis ac aliis possessionibus suis universis aliquas<sup>b</sup> injurias violencias aut molestias irrogari, in hoc nostre celsitudini<sup>c</sup> gratum obsequium inpen-

10 surus. datum in Hagenowe quarto ydus decembris indictione 6 anno domini 1292, regni vero nostri anno primo.

10 *H aus Straßb. Hosp. A lad. 89 fasc. 2 or. mb. c. sig. pend. Wohlerhaltenes gelbes Königs-siegel an rothen Schnüren. Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jahrh. rex Adolfus commisit advocato suo, ut defenderet et subveniret dominabus de sancto Marco.*

187. Münzordnung der Stadt Straßburg. 1292 December 15.

Wir Hug Danris der meister und der rat von Strazburg tûnt kunt allen den,

15 die disen brief gesehent und gehörent lesen, daz wir überein komen sint mit hern Huge Wyriche unserm múnzemeister und mit unseren husgenoszen und mit allen unsern burgern, daz nieman dehein silber von der hant geben sol, ez sie danne sôlich silber, daz men damit eigen und erbe weren múge. were aber daz ez vier

20 pfenninge zû arg were, daz sol ime nût schaden. were ðch daz deheiner unserer burger ander silber von der hant gebe hie oder anderswa, swelre danne unserer burger uf daz silber komet und daz kúntlich und werlich mag gemachen, so sol er daz silber verlorn han, ez sie vil oder lützel. und sol ein vierteil werden dem rate,

25 ein vierteil dem múnzemeister, ein vierteil den husgenoszen allen und ein vierteil den, die drüber gesworn. und sol ein halbes jar von der stat sin. und were ðch daz ein silber angegriffen würde, darumbe daz ez nût gût were, würde daz silber danne gezôget der sehser zweien oder me, die drüber gesworn hant, sprechent danne der sehser zwene oder me uf iren eyt, daz sie daz silber gesehen hettent und ez von ime hieszent geben, so sol jenre weder sin silber noch sin ere verlorn han. ðch sol men wiszen, swaz man silbers zû kôffende git eime wehseler, darumbe sol jenre

30 nût verlorn han, der ez dem wehseler da git. und diz sint die sehse, die über daz silber gesetzt sint: Lembelin von Rumoltswilre, Vóltsche und sin sun Jacob, Cántze von Zabern, Burckart hern Burckartes sun von Múlnheim und Berhtolt Weckelins brüder zûm Ryet. und were daz den sehsen ein silber vûrkeme und sie daz sprechent uf iren eyt, daz sie zwúfel hettent, daz daz silber nût vollen gût were, daz silber

35 sol men wol anderwerbe ufsetzen. und dirre brief sol weren von der nehsten liechte-

a) *H* prorisse.    b) *H* ac aliis bis ali auf *Razur*.    c) *H* celsitudini mit gestrichnem *d*.

<sup>1</sup> *Wie aus einem Breve Pabst Bonifaz VIII von 1295 Februar 13 Lateran an den Scholasticus von St. Thomas hervorgeht, hatten Ritter Walther von Gírbaden und die Einwohner von Ballbronn Anspruch auf Güter von St. Marx erhoben, vergl. S. 100 Anm. 1.*

1295  
Februar 2

mesze, die nū komet, über sehs jar. und daz diz war sie und stete blibe, darumbe ist unserre stette ingesigel zeime urkūnde an disen brief gehencket. diz geschach an dem mentdage nach sant Odiliendage, da men zalte von gottes gebūrte tusent jar und zweihundert jar und zwei und nūntzig iar. heran warent her Hug Danris, *u. s. w.* folgt der Rath.

5

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 200<sup>a</sup> mit der Ueberschrift dirre brief seit über die münsze.*

*Gedruckt ebendarnach bei Levrault Essai s. Tanc. monn. de Strasb. p. 434.*

138. *König Adolf nimmt die Stadt Straßburg in seinen besondern Schutz und bestätigt ihr alle früher bewilligten Freiheiten und Rechte. 1293 März 17 Speier.* 10

Adolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. regalis pietatis immensa clemencia eorum commodis et honoribus hylari<sup>a</sup> vultu consuevit intendere, quos in obsequiis imperii pia et prompta voluntate desudasse cognovit experientia cerciori. inde est quod nos advertentes, quam sincero affectu civitas Argentinensis serviciis imperii se exposuit et qualiter per evidentissima obsequiorum suorum merita regalis majestatis sibi specialem induxit gratiam et favorem, ad communem utilitatem civitatis Argentinensis pariterque honorem in evum promovendum, graciosum favorem nostrum duximus concedendum, ut exemplo retribucionis ejus, quam pro serviciis suis memorate civitati concessimus, alie quoque civitates imperii proniori voluntate ad ipsius imperii servicia fervencius animentur. notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod sepedictam civitatem Argentinensem cum omnibus suis<sup>b</sup> incolis sub specialem defensionis nostre gratiam recipientes de liberalitate nostri culminis ipsi civitati indulgemus et in evum confirmamus, ut, ubicunque ipsius civitatis burgenses per totam provinciam Alsacie proprietates aliquas sive quascunque possessiones habuerint, nulli licitum sit, de hiis proprietatibus sive possessionibus vel eciam hominibus eorum servicium aliquod accipere aut exigere vel eciam cujusquam precarie sive exaccionis onus eis imponere, quoniam nos dictam civitatem cum omnibus pertinenciis ejus<sup>c</sup> tam intus quam extra ad speciale obsequium imperii decrevimus reservare. preterea constituimus tradidimus et auctoritate regali confirmamus<sup>d</sup> institutum et jus quoddam, quod cives iidem habuerunt a divis regibus Romanorum<sup>e</sup>, ut nunquam in loco aliquo per personam aliquam ecclesiasticam vel secularem eorum aliquis impediatur aut molestetur vel in judicium trahatur extra civitatem vel prorsus cogatur ab aliquo pro sua proprietate seu possessione ibi cuiquam respondere, sed, si aliquis adversus aliquem eorum aliquid questionis habuerit, infra civitatem coram ipsius civitatis iudicibus eum impetat ibique sibi<sup>f</sup> respondeat et satisfaciat. presertim eadem auctoritate regali concedimus et indulgemus, quod mercatores ipsorum per aquarum decursus cum mercimoniis

a) *S t hylariori.* b) *S t ejus.* c) *S t ejus pertinenciis.* d) *S t confirmavimus.* e) *S t Romanorum regibus.* f) *S t ei.*

40

suis euntes, quocunque locorum perveniant navigia<sup>a</sup>, si quo casu contingente rupta fuerint vel ad terram pervenerint, ne periculum naufragii cum rerum suarum dimer- sione perpersi aliquod in bonis suis idcirco dispendium sustineant vel jacturam, sed tam navigia quam navigantium bona illis reserventur, ad quos spectabant, ante-  
 5 quam navigium hujusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine locorum. volumus itaque fideles nostros cives Argentinenses consistere in omni jure et honore atque constitutione, sicut a divis imperatoribus et regibus predecessoribus nostris eorum fuerunt temporibus sublimati, statuente et regali edicto districte precipientes, quatenus nulli unquam hominum sublimi vel humili, ecclesiastico vel  
 10 seculari, hanc nostre donacionis seu confirmacionis paginam infringere sit licitum<sup>b</sup> vel ei ausu temerario contraire. quod qui presumpserit, triginta marcas<sup>c</sup> auri componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis injuriam persolvatur. quod autem presens concessio et confirmacio robur obtineat perpetuo valiturum, presentem paginam conscribi et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. testes  
 15 hujus rei sunt venerabiles Cunradus Argentinensis, Petrus Basiliensis episcopi, principes nostri karissimi, Eberhardus de Catzenellembogen, Albertus de Hayerloich, Fridericus de Liningen comites, Otto de Ochsenstein<sup>d</sup>, Gerlacus de Bruberg et Heinricus de Fleckenstein nobiles et alii quam plures<sup>e</sup>. datum Spyre 16 kalendas aprilis indictione sexta, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, regni  
 20 vero nostri anno primo.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 20 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes großes ziegelrothes Königssiegel an dunkelrother seidner Schmur.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend. Siegel gleich beschaffen wie bei S. Das Stück aber ist von andrer Hand geschrieben.*

25 *Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 17<sup>a</sup> ibid. nur mit Zeugen- und Datumsangabe bei Schöpflin Als. dipl. II, 59 nr. 787. — Böhmer R. Ad. nr. 107.*

189. *Beschluß der drei Straßburger Capitel über Theilnahme und Ausschluß von Gebannten bei dem gemeinsamen Mahle am Weihnachtsfest. 1293 December 12.*

Quoniam prestatio refectionis, que ministrari in festo nativitatis domini et  
 30 diebus sequentibus duobus in refectorio ecclesie Argentinensis prelati et canonicis, vicariis et aliis clericis et pueris ejusdem ecclesie et aliarum conventualium ecclesiarum sancti Thome et sancti Petri singulis annis consuevit, interdum fuit impedita propter sententias excommunicationum latas in aliquam vel aliquas personas ecclesiarum predictarum, ad obviandum impedimento hujusmodi deinceps nos . . prepositi . . decani  
 35 et capitula ecclesiarum predictarum statuimus et statuto decrevimus perpetuo servaturo, quod omnes hii, contra quos excommunicationis sententie sive de jure sive de facto in posterum fuerint promulgate, a choro et refectorio se debent absentare, hiis tamen exceptis, qui a capitulo suo non vitantur, nec divina in sui presentia propter eos obmitantur propter excommunicationis sententias, quas latas esse post appellationem legitti-

40 a) S † navigia perveniant.    b) S † licitum sit infringere.    c) S † libras.    d) S † Ossenstein.  
 e) S † plures alii.

mam vel intollerabilem errorem aut a non suo iudice recognoscit capitulum suum; nec  
 per observationem hujusmodi debet absentium juri prejudicium aliquod generari nec  
 ulla exceptio ex hoc adversario suo competere, cum ipsi non timore sententiarum,  
 sed ratione presentis statuti editi ad vitandum turbationem communem se subtrahere  
 a nostro consorcio teneantur. si qui autem transgressores fuerint et<sup>a</sup> non obstante  
 5 statuto predicto in choro vel refectorio in dicto festo nativitatis aut duobus diebus  
 sequentibus se voluerint inmiscere, eo ipso per . . decanos eorum debent moneri et  
 eis in virtute obediencie precipi, ut juxta hujusmodi nostrum commune statutum se  
 subtrahant; alioquin in hiis tribus ecclesiis, si obedire eis noluerint, communione  
 nostra carebunt necnon fructibus prebendarum suarum et voce in capitulo, donec  
 10 ad arbitrium decanorum nostrorum vel duorum ex eis, decano majoris ecclesie  
 semper in numero existente, satisfecerint competenter. qui autem extra nostrum  
 consorcium fuerint et a sede apostolica vel legatis ejus aut propria auctoritate se  
 recipi postulaverint, non recipiantur, antequam ipsi vel eorum procuratores habentes  
 ad hoc mandatum hujusmodi statuta se promittant servaturos. si vero contra omnes  
 15 et singulos prelatos et canonicos alicujus capituli de predictis excommunicationis  
 sententie prolate fuerint, totum hoc capitulum nos vitabit nec quicquam de refectione  
 predicta est absentibus ministrandum; si autem singuli de capitulo denunciantur,  
 excepto uno vel duobus, in illo vel in illis totum jus ecclesie refectionis residebit.  
 hoc quoque statutum servandum est inter nos et a nobis in aliis festis, in quibus  
 20 conveniemus, sive in majori ecclesia sive sancti Thome aut in ecclesia sancti Petri.  
 nos autem . . prepositus . . decanus et capitulum ecclesie Argentinensis, quamvis  
 propter sententias aliquas contra nos latas in dicto festo nativitatis et duobus diebus  
 sequentibus interesse non possimus choro vel refectorio, nichilominus aliis duobus  
 capitulis sancti Thome et sancti Petri, vicariis aliis clericis et pueris tenemur  
 25 refectionem debitam exhibere cum omni presentia reverentia ac servicio ministrorum,  
 ac si presentes essemus; eo etiam adjecto, quod, si propter interdictum generale  
 vel aliquod impedimentum commune in festo nativitatis et duobus diebus sequentibus  
 servire non possemus, quod aliis diebus, quibus conveniemus, scilicet festo pasche  
 vel pentecostes juxta arbitrium domini nostri . . decani cum omnibus condicionibus,  
 30 quibus tenemur, ut predictum est, serviemus, scilicet si cum carnibus, cum carnibus,  
 si cum piscibus, cum piscibus, et alias, ut serviremus in festo nativitatis domini,  
 si hujusmodi non esset impedimentum vel interdictum. promittunt<sup>b</sup> etiam hoc  
 statutum omnes, qui de cetero in hiis tribus ecclesiis in canonicos et in fratres  
 recipientur, se inviolabiliter servaturos. in quorum evidenciam sigilla ecclesiarum  
 35 nostrarum presentibus sunt appensa. actum sabbato ante festum beate Lucie anno  
 domini 1293.

*T aus Straßb. Thom. A. Statuts lad. 2 or. mb. c. 3 sig. pend.*

*B coll. Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.*

*Gedruckt nach T bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 337 nr. 53.*

a) *B om. et.*    b) *B promittent.*

190. Frater scolasticus et magister Dietmarus canonicus ecclesie sancti Thome Argentinensis, arbitri<sup>1</sup> litis inter prepositum Fridericum et decanum capitulumque sancti Thome super vicario perpetuo instituendo ad vicariam ecclesie sancte Aurelie extra muros Argentinenses vacantem ex morte Gozonis orte, lite super petitionibus mutuis hinc et inde legitime contestata<sup>2</sup>, prestito juramento de calumpnia seu de veritate dicenda, receptis testibus, quos utraque pars pro sua intencione producere voluit, eorum dictis tam principalium quam testium ex ordine publicatis, factis interrogationibus et responsionibus hinc et inde, auditis que utraque pars proponere voluit, juris ordine in omnibus observato, demum de consensu partium hinc et inde concluso in causis<sup>3</sup>, habito jurisperitorum consilio in causis, quia invenerunt, intencionem decani et capituli et eorum procuratoris sufficienter esse probatam ex actis habitis coram ipsis, diffinitive condemnant prepositum, ut ab impedimento et turbatione in libello decani et capituli seu eorum procuratoris contentis desistat permittendo illos presentare et conferre vicariam, pronunciantes, presentandum ab eisdem decano et capitulo perpetuum vicarium ad dictam vicariam vacantem esse investiendum, sicut hactenus est consuetum, illosque tuendos esse in sua possessione;

<sup>1</sup> *Der Probst und der Dekan mit dem Capitel von St. Thomas compromittiren in ihrem Streit über das Besetzungsrecht der Vicarie zu St. Aurelien, Friedrich der Probst auf Friedrich den Scholasticus der Kirche, Dekan und Capitel auf den Canonicus und Magister Dietmar, und als oberen Schiedsrichter, falls jene beiden sich nicht einigen, auf Hermann von Thierstein, Thesaurar und Archidiacon der Straßburger Kirche. 1293 April 2. or. mb. c. 4 sig. pend.*

<sup>2</sup> *Waltherus clericus procurator decani et capituli sancti Thome fordert die Schiedsrichter auf, seine Partei gegen Probst Friedrich im Recht zu schützen. porrectus est iste libellus feria 3 ante Georgii April 21. or. mb. c. sig. pend. Darauf führt der Probst die Gründe für sein Verleihungsrecht an feria 4 ante Georgii April 22. or. mb. c. 2 sig. pend.*

<sup>3</sup> *Das geschieht 1293 September 26 (sabbato ante Michahelis). Die beiden Schiedsrichter erklären: porrectis allegationibus quam plurimis ex parte prepositi, cum pars capituli nihil vellet excipere vel amplius allegare, inter se dicte partes concluserunt. or. mb. c. 2 sig. pend. Bis dahin verläuft der Proceß nach den erhaltenen Documenten so: Auf die am 22. April eingereichte Beweisschrift des Probstes bringt der Procurator des Capitels seine Exceptionen an, Mai 2 (sabbato ante dominicam Vocem jocunditatis) und bittet, die Schiedsrichter möchten erklären, petitioni prepositi non esse respondendum nec ipsum esse audiendum super petitione, donec questio possessorii iudicii intentata per sententiam diffinitivam terminetur. or. mb. c. 2 sig. pend. Die Replicationen des Probstes darauf werden am 5. Mai eingereicht (feria 3 post dominicam Vocem jocunditatis hora prime) et sabbato post ascensionem domini hora prime respondebitur. or. mb. c. sig. pend. Diese für den 19. Mai in Aussicht gestellte Antwort fehlt. Es folgen neue Einwände des Probstes gegen den Vertreter des Capitels, monet arbitros, quod allegans pro capitulo parum vel nichil responsit immo nec respondere potuit. porrecte sunt hee rationes feria 5 ante festum pentecostes (Mai 14) hora prime et feria 2 post dominicam, qua cantatur Domine in tua, pronuntiabitur super allegatis a partibus hinc et inde. or. mb. c. sig. pend. delaps. Dieser für den 25. Mai in Aussicht gestellte Spruch fehlt wiederum. Dagegen fällt auf den 15. Juni (in die s. Viti et Modesti) ein Receß beider Parteien vor den Schiedsrichtern, in dem es heißt: quod utraque pars esse debet contenta interrogationibus seu articulis jam exhibitis et porrectis. prefixa est dies ad publicandum dicta principalium videlicet feria 6 sequenti hora vesperrum. dicta feria continuatur ad sabbatum subsequens (Juni 19 u. 20). or. mb. c. 2 sig. pend. Erhalten sind nun die Fragen und Antworten aus dem Verhör des Capitelprocurators wie des Probstes, die beide schließen partes deliberabunt usque ad crastinum Johannis (Juni 25) super premissis. 2 or. mb. c. 2 sig. pend. In den Tagen von Juli 8—14 (feria 4 post octavam Petri et Pauli, feria 3 ante Margarethe) wird schließlich ein über drei Tage sich erstreckendes Zeugenverhör vorgenommen, dessen Protokoll noch erhalten ist. or. mb. c. 2 sig. pend. Vergl. über diesen Proceß Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 220 u. 221.*



item quia invenerunt, prepositum in probatione sue intencionis totaliter defecisse, decanum et capitulum necnon procuratorem ab impetitione prepositi per hanc sententiam diffinitive absolvunt, preposito et suis successoribus super collatione seu presentacione dicte vicarie perpetuum silentium imponentes. lecta est hec sententia per magistrum Dietmarum, de mandato et consensu Friderici scolastici et eo presente, in crastino epiphanie domini hora completorii in horto ante fores capituli sancti Thome, partibus presentibus et procuratore capituli. actum anno domini 1294. *Januar 7.*

*T aus Straßb. Thom. A. lad. VI St. Aurel. or. mb. c. 2 sig. pend. Ebenda die übrigen 11 auf den Proceß bezüglichen Urkunden.*

191. *Bischof Konrad und die drei Capitel von Straßburg beschließen, die Einkünfte erledigter Pfründen mit gewissen Ausnahmen vier Jahre hindurch zum Nutzen des verschuldeten Straßburger Bisthums zu verwenden. 1294 Mai 6.*

Nos Conradus dei gratia episcopus, Fridericus prepositus, Marquardus decanus ac capitulum ecclesie Argentinensis ex affectu sincero, quo sumus astricti ecclesie nostre predictae, ad gravia onera debitorum ipsius ecclesie a retroactis temporibus ex diversis et urgentibus causis contracta considerationis nostre intuitum convertentes, ut super eisdem ipsi ecclesie salubriter consulatur, accedente consensu venerabilium in Christo Friderici et Hugonis prepositorum, Johannis et Nicolai decanorum et capitulorum sancti Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium ordinavimus, concessimus et provida deliberatione duximus statuendum, ut a data presentium litterarum usque ad festum beate Sophie et deinde per quatuor annos completos continue et immediate a dicto festo Sophie sequentes fructus proventus et obventiones qualescumque omnium et singulorum beneficiorum nostre dyocesis interim causa et modo quibuscunque vacantium cedant per biennium in<sup>a</sup> subventionem ecclesie nostre predictae sub moderatione infrascripta, reservata tamen semper in singulis beneficiis portione, que cedere consuevit ei vel eis, qui eadem beneficia officiare consueverint, ne hac occasione debito officio defraudentur. in primis prebende prebendariorum clericorum et laicorum ecclesie nostre et omnium conventualium ecclesiarum seu monasteriorum ac vicarie perpetue civitatis et dyocesis sunt excepte, ut nichil de illis percipiatur occasione predicta. de celleraria quoque et aliis mansurnis officiis in ecclesia nostra idem quod de vicariis duximus ordinandum. item de prebendis canonicorum ecclesie nostre et aliarum conventualium ecclesiarum taliter ordinamus, ut in vacantibus prebendis primus annus juxta cujuslibet ecclesie consuetudinem cedat defuncto et deinde immediate hec nostra ordinatio locum habeat in eisdem. de feodis quoque, officiis et prelaturis ecclesie nostre majoris, de quibus prebende canonicis ministrantur, illi, qui ea consequuntur, ante omnia ministrent canonicis jura sua et de eo, quod supererit, cedet medietas juxta hanc nostram

a) *T quibuscunque bis in auf Rasur.*

ordinationem in subsidium ecclesie, et reliqua medietas illis, qui feoda officia seu prelaturas consequuntur easdem, qui etiam suis sumptibus et laboribus fructus feodi officii seu prelature hujusmodi tenentur colligere, cooperante ipsis domino episcopo, si fuerit oportunum. de prepositura etiam et custodia ecclesie nostre  
 5 predictae taliter ordinamus, ut, si eas vel alteram vacare contigerit, fructus earum cedent in subsidium ecclesie juxta ordinationem predictam, defalcatis juribus canonicorum, que ipsis debet dominus episcopus ministrare. in quo si negligens fuerit, consentit ipse dominus episcopus, quod post monitionem quindecim dierum per nostrum capitulum faciendam in ecclesia nostra predicta cessare possimus propria  
 10 auctoritate a divinis tam diu, quousque nobis et ecclesie nostre canonicis per ipsum dominum episcopum de juribus nobis debitis plenarie satisfiat. item si contingat per sedem apostolicam vel ejus auctoritate beneficiis vacantibus aliqua interim imponi onera, ordinamus, ut, qui recipiunt fructus de illis, pro ea parte, pro qua recipiunt, onera ipsis ecclesiis imposita subeant atque solvant. item de officiis pin-  
 15 cerne porte et cantorie sancti Thome Argentinensis ordinavimus, ut de illis nichil recipiatur occasione predicta, cum redditus eorum nimis sint exiles. de decanatu vero et scolastris ipsius ecclesie ordinavimus, ut cedat medietas proventuum eorundem in subsidium ecclesie nostre juxta provisionem nostram predictam et alia medietas eorundem prelati. poterit etiam uterque prelatorum portionem, que cedere  
 20 debet in subsidium ecclesie nostre, pro quinque libris redimere quovis anno. et si preposituram ejusdem ecclesie vacare contigerit, cedent juxta predictam ordinationem quolibet anno in subsidium ecclesie nostre viginti marce argenti et non plus, quas etiam prepositus a capitulo predicto recipere consuevit. item de prepositura ecclesie sancti Petri Argentinensis ordinavimus, ut occasione predicta ultra  
 25 sedecim marcas quolibet anno non exigatur, de decanatu vero ejusdem ecclesie et cantoria propter minimos earum redditus nichil exigatur. de custodia quoque ex predicta ordinatione pars, que cedere deberet custodi, cedit ecclesie nostre predictae; de celleraria autem non ultra quatuor libras nec de scolastris ultra tres libras nec de officio porte ultra duas libras singulis annis exigi debent occasione  
 30 predicta. et quia canonici predictae ecclesie vineas et bona prebendarum suarum habent distinctas, ne illarum cultura negligatur, ordinavimus, ut ab hiis, qui prebendas vacantes interim assequuntur, singule prebende singulis annis redimi valeant pro sex marcis. prebendam quoque scolastici ejusdem ecclesie, qui nunc est, cum non sit canonia sed vicaria, sub jure vicariarum censemus, prout superius est  
 35 expressum. item de abbatis preposituris et prioratibus monasteriorum qualiumcunque civitatis et dyocesis taliter ordinavimus, quod de illis vacantibus infra tempus predictum pro fructibus annorum in subsidium ecclesie nostre cedentium recipiatur certa summa per dominum episcopum et quinque subscriptos canonicos vel tres ex eis ad minus taxanda, conditionibus et circumstantiis eorundem monas-  
 40 teriorum diligenter inspectis. demum ordinavimus concorditer, quod omnes fructus et obventiones per predictum quadriennium ad subsidium ecclesie nostre ex ordinatione predicta provenientes per subscriptas personas una cum nuntiis domini episcopi fideliter colligantur, quorum terciam partem pro redemptione bonorum

episcopalium tytulo pignoris obligatorum precise deputavimus et domino nostro episcopo in subsidium debitorum suorum et onerum duas partes. preterea dominus noster episcopus predictus bona fide promisit, quod durante quadriennio predicto clero et monasteriis civitatis et dyocesis sue nullam interim collectam seu exacti-  
 onem imponat nec recipiat ab eisdem. collectores a nobis deputati ad predicta sunt  
 hii prepositus decanus cellerarius custos et Fridericus de Richenberg archidya-  
 conus ecclesie nostre predictae. et hii eciam omnes vel major pars ex eis id adimple-  
 bunt, quorum<sup>a</sup>, si unus ex eis medio tempore decederet, superstites in locum  
 decedentis alium de capitulo subrogabunt. et in premissorum evidentiam nos Con-  
 radus episcopus supradictus sigillum nostrum et nos Marquardus decanus et capi-  
 tulum Argentinense sigillum capituli nostri una cum sigillis capitulorum sancti  
 Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium appendi fecimus ad presentes.  
 nos quoque Fridericus et Hugo prepositi, Johannes et Nicolaus decani et capitula  
 sancti Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium confitemur, omnia et sin-  
 gula suprascripta de consensu nostro unanimi esse facta et ordinata, et ea promit-  
 timus rata habere atque firma. et in hujus rei testimonium sigilla capitulorum  
 nostrorum presentibus sunt appensa. actum et datum feria quinta post festum  
 Phylippi et Jacobi apostolorum anno domini 1294<sup>1</sup>.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 9 or. mb. c. 4 sig. pend.*

*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 338 nr. 54.*

192. Rogerus sancti Severini<sup>b</sup> archiepiscopus, frater Leonhardus Pennensis, Gwilhelmus Callensis, Angelus Puteolanus, Robertus Calinensis<sup>c</sup> et Alexander Cheretinis episcopi cupientes, ut monasterium sancti Arbogasti extra muros Argentinenses congruis honoribus frequentetur, omnibus penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festis videlicet nativitatis domini, resurrectionis, ascen-  
 sionis et penthecostes ac in quatuor festivitatibus virginis Marie, singulorum apos-  
 tolorum, beatorum Udalrici, Arbogasti, Nicolai et Augustini confessorum, beatarum  
 Katherine, Margarethe et Cecilie virginum necnon dedicacionis ecclesie ejusdem  
 monasterii et in anniversario ejusdem diei et per octavas omnium festivitatum pre-  
 dictarum et per singulas quadragesimas causa devocionis accesserint ibidemque  
 divinum officium audierint, necnon ad fabricam ornamenta luminaria seu aliqua  
 alia monasterii necessaria manus porrexerint adjutrices aut in extremis laborantes  
 quicquam facultatum suarum legaverint monasterio, singuli singulis singulas dierum  
 quadragenas et sex carrinas et quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxant.  
 «sanctorum meritis inclita gaudia». datum Neapoli anno domini 1294, pontificatus  
 Celestini pape quinti anno primo. 1294 [nach August 29] Neapel.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast, fol. 4.*

a) *T orum.* b) *wohl verschrieben für sancte Severine.* c) *wohl Caluensis.*

<sup>1</sup> *Vergl. zum Inhalt des Stücks die darauf bezügliche Bemerkung Königshofens. (D. St. Chron. IX, 665.)*

193. *Bischof Peter von Basel fordert den König im Interesse des Landfriedens auf, seinen Vogt und die Bürger von Sels von Bedrückungen der Straßburger Bürger abzuhalten. 1294 October 26.*

Serenissimo domino suo domino Romanorum regi semper augusto P[etrus] dei  
 5 gratia . . . episcopus Basiliensis subjectionem debitam et devotam. Rulemannus  
 civis Argentinensis, conquerens dudum undecim conservatoribus pacis generalis de  
 quadam enormi injuria sibi illata a civibus de Selse, obtinuit dudum a dictis unde-  
 cim concorditer firmam eorundem licentiam et indultum, occupandi cives de Selse  
 10 predictos pro emenda sue injurie et dampnorum, prout ex dictis et litteris dictorum  
 undecim didici et percepi. dicto ergo Rulemanno ex hoc quendam civem de Selse  
 occupante, advocatus de Rinberg<sup>1</sup> et dictus Rintfleiss vices ejus gerens et cives  
 de Selse absque judicio qualicumque temeritate propterea duos cives Argentinenses  
 capere presumpserunt, quos adhuc non solum in vinculis detinent, sed etiam novum  
 15 thelonium vinis civium Argentinensium imposuerunt et illos non desinunt extor-  
 quere. de qua injuria cives Argentinenses in mei presentia coram dictis undecim  
 pacis iudicibus gravem querimoniam deposuerunt, petentes ab illis subsidium et  
 juvamen in aliquo petere aut obtinere<sup>a</sup>, propter quod institutio dicte pacis vilipen-  
 ditur et penitus evanescit<sup>2</sup>. ad preces igitur et instantiam magistri et civium  
 Argentinensium majestati regie supplico quantum possum, quatenus prefatos advo-  
 20 catos et cives vestros de Selse a premissis injuriis dignemini cohibere, cum ipsi in  
 terra nostra singulares et precipui sint auctores, ne inter ipsos cives Argentinenses  
 et cives de Selse horribilis discensionis et guerre flagitium ventiletur et pacis pre-  
 dicte destructio, que toti terre nostre dispendium faciat, oriatur. actum et datum  
 feria tertia ante festum omnium sanctorum anno domini 1294.

25 *Aus Wencker Appar. et instr. archiv. p. 180 nr. 6 = Trouillat Mon. de Bâle II, 572  
 nr. 444.*

194. Bonaventura Ragusinus archiepiscopus, Petrus Stagni et Curzule, Andreas  
 Liddensis, Ciprianus Bovensis, frater Paulus Melfectensis, Perronus Larinensis,  
 frater Daniel Laquedoniensis, Hubertus Feretranus, Aymardus Lucerie, Franciscus  
 30 Fanensis, Romanus Croensis, Azo Casertensis, Pasqualis Cassanensis, Jacobus  
 Acernensis<sup>3</sup>, frater Michael Albaniensis, Fredericus Spirensis et frater Lambertus  
 Veglensis episcopi cupientes, ut ecclesia sororum sancti Marci ordinis sancti Augus-  
 tini sub cura et regimine fratrum predicatorum degencium extra muros Argenti-  
 nenses dignis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui

35 a) *Die Ueberlieferung der Stelle scheint verderbt. Vielleicht zu ergänzen non potuerunt.*

<sup>1</sup> *Landvogt im Speierrgau.*

<sup>2</sup> *Der zu Speier 1291 April 8 erneuerte Landfrieden, welcher Ostern 1297 abließ. Vergl. Mon. Germ. LL. II, 456.*

<sup>3</sup> *Nach der Siegellegende Acenensis.*

Str. II.

ad ecclesiam dictarum sororum in festis subscriptis videlicet nativitatis domini, epiphantie, resurrectionis, ascensionis, pentecostes et in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie et in festo omnium sanctorum, sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis baptiste et quatuor ewangelistarum et precipue sancti Marci ejusdem ecclesie patroni et in festis sanctorum Laurentii, Vincencii, Stephani et Petri martirum et sanctorum Nicholay, Martini, Augustini, Gregorii et Dominici confessorum et beatarum Katerine, Margarete, Cecilie, Lucie et Agathe virginum et beate Marie Magdalene et sancte Elizabet et in omnibus dedicacionibus ejusdem ecclesie et altarium ibidem constructorum et per octavas omnium festivitatum predictarum octavas habencium pia devocione accesserint, vel qui ad luminaria ornamenta seu aliqua alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adjutrices vel in ultimis voluntatibus quicquam legaverint ecclesie prelibate, necnon qui pro animabus omnium illorum, quorum corpora in cimiterio predictarum sororum requiescunt humata, orationem dominicam cum salutacione angelica dixerint mente pia, singuli singulas dierum quadragenas de injunctis penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, relaxant. «licet is de cujus munere.» datum apud sanctum Petrum anno domini 1295, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo. 1295 [nach Januar 23] Rom St. Peter<sup>1</sup>.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 31 or. mb. c. 17 sig. pend. Die wohlerhaltenen rothen Siegel hängen an gelb-rothen Seidenschnüren einzeln oder in Gruppen von zwei bis sieben Stück. Ueber jedem ist auf dem Bug von gleichzeitigen Händen Name und Stand des Sieglers vermerkt. Auf dem Rücken tief rechts pro fratre Johanne.*

195. Andreas Liddensis, Maurus Ameliensis, frater Michael Albaniensis, Aymardus Lucerie, Daniel Laquedoniensis, Paulus Melfectensis, Pasqualis Cassanensis, Franciscus Senogaliensis, Azo Casertensis et Fredericus Spirensis episcopi cupientes, ut monasterium sancte Katerine monialium prope muros Argentinenses secundum instituta fratrum predicatorum vivencium congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festis subscriptis, videlicet nativitatis domini, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, in singulis festis gloriose virginis Marie, in festo omnium sanctorum, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Johannis baptiste euangeliste, singulorum apostolorum, sanctorum Laurentii, Stephani et Petri martirum, beatorum Nicholay, Martini et Dominici confessorum, beatarum Margarete, Agathe et Cecilie virginum et precipue in festo sancte Katerine ejusdem monasterii patrone, in festo sancte Marie Magdalene, in die dedicacionis monasterii et per octavas predictorum festorum devote<sup>a</sup> accesserint, aut qui ibidem divinum officium audierint vel ad fabricam luminaria ornamenta seu ad aliqua alia necessaria ipsius monasterii manus porrexerint adjutrices aut in ultimis voluntatibus quicquam facultatum suarum legaverint, singuli singulas dierum quadra-

<sup>a</sup>) et — devote auf Rasur.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 106 und nr. 204.

genas de injunctis penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit<sup>1</sup>, misericorditer relaxant. «vite perhennis gloria.» datum Rome apud sanctum Petrum anno domini 1295, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo. 1295 [nach Januar 23] Rom St. Peter.

5 *H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 17 or. mb. c. 10 sig. pend. Die meist wohl erhaltenen rothen Siegel hängen an roth-gelben Seidenschmüren, über jedem auf dem Bug Vermerk des Sieglers wie bei nr. 194.*

196. *Bischof Konrad von Straßburg bestätigt den Franciskanerinnen am Roßmarkt alle ihnen früher bewilligten und namhaft gemachten Indulgenzen. 1295*  
10 *Februar 26.*

Nos Cūnradus dei gratia Argentinensis episcopus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos devotarum in Christo sororum monasterii sancti Francisci in Argentina siti juxta locum, qui dicitur rossemerket, ordinis sancte Clare precibus inclinati omnes indulgentias ipsis et earum monasterio a quibuscunque  
15 episcopis seu pontificibus concessas, que nostra confirmatione indigebant, auctoritate ordinaria confirmavimus et ratas habuimus et habemus ac tenore presentium confirmamus. et ut earundem indulgentiarum quantitas seu numerus facilius et conpendiosius posset in noticiam publicam Christi fidelium pervenire, easdem indulgentias  
20 universas jussimus presentibus annotari: prefato igitur monasterio inchoato primitus et fundato sub anno domini 1251<sup>2</sup> in honore beati Francisci diversi pontifices seu episcopi processu temporis eidem unum annum et unam karrinam et quingentos et octoginta dies de cottidianis indulgentiis contulerunt. postmodum transactis triginta  
25 quatuor annis predicto loco in rebus et personis per divinam clemenciam non modicum sublimato, item tribus altaribus in ecclesia dictarum sororum constructis, scilicet altari majori in honore beati Francisci et sancte Clare et altari minori ad dextram  
30 partem versus stratam publicam in honore omnium angelorum et altari minori versus claustrum ad sinistram partem in honore omnium sanctorum, item in festo apostolorum Symonis et Jude et sequenti die ecclesia et choro et altari sito in choro in honore beate virginis Marie per fratrem C[onradum] Tullensem episcopum de nostra  
35 speciali licentia consecratis in festo dedicationis ecclesie et chori et duorum altarium majorum, quod post festum pasche in dominica, qua cantatur Misericordia domini, celebratur et per octo dies continuos, indulgentie unius anni et quadringentorum

October 28

<sup>1</sup> *Auf einem Transfix bestätigt Bischof Konrad von Straßburg diese Indulgenz und gewährt seinerseits einen Ablass von 40 Tagen. 1296 December 4 Straßburg. or. mb. c. sig. pend.*

35 <sup>2</sup> *In demselben Saalbuch ist Folgendes von einer Hand des 14. Jahrhunderts vermerkt: anno domini 1251 constructum est monasterium in foro equorum et in die 3 nonas marciii dedicatum est altare majus in honore beati Francisci et ipso die fuit eciam dominica Invocavit. et postea in die, quo est pridie idus aprilis, clausum est ipsum monasterium honestis et religiosis personis de ordine sancte Clare ad honorem et gloriam omnipotentis dei amen. Es folgt darauf ein Verzeichniß der Ordensschwestern, dessen Ordnungsprincip nicht recht ersichtlich ist, wohl aber, nach spätern Eintragungen zu schließen, auf chronologischer Folge beruht.*

März 5

April 12

dierum et triginta karrinarum prefato monasterio a diversis pontificibus sunt concessae. in dedicatione autem altaris minoris dextri, que celebratur in dominica, qua cantatur Invocavit, et in dedicatione altaris sinistri, que celebratur in proxima dominica post decollationem Johannis baptiste et per continuos octo dies, indulgentie unius anni et quadringentorum dierum prefatis altaribus ab eisdem pontificibus sunt concessae. item sepedicto eciam loco in festis quatuor beate virginis per octo dies continuos et in festo sancte Clare unius anni et quadringentorum dierum et triginta karrinarum, item in festo sancti Francisci et sancti Antonii unius anni et quingentorum dierum et triginta karrinarum per octo dies continuos, item in festis natiuitatis domini, pasce et pentecostes et omnium sanctorum et angelorum per octo dies unius anni et octoginta dierum, item in festis omnium apostolorum per octo dies a prefatis pontificibus triginta karrinarum indulgentie sunt collate. datum anno domini 1295, 4 kalendas marcii.

*H aus Straßb. Hosp. A. Protoc. nr. 87 St. Clara Saalbuch von einer Hand des 14. Jahrhunderts eingetragen auf einer Seite mit zwei Columnen. Die Initialen der einzelnen Absätze und das Datum sind mit rother Tinte geschrieben. Am Schluß ist bemerkt: zu diesem vorgeschriben ablas gab uns der erber herre bischof Johannes von Strazburg von siner gewalt vierzig tage.*

197. Conradus episcopus Argentinensis gracias et indulgentias ab Rogero sancti Severini archiepiscopo etc. [cfr. nr. 192] ecclesie sancti Arbogasti extra muros Argentinenses concessas ad quatuor festiuitates, videlicet pontificis sancti Arbogasti, in dedicatione templi, sancti Augustini et in annunciatione virginis Marie ac per earundem octavas applicat, quia ad festiuitates alias nominatas populus cum per undaciones aquarum tum propter alia impedimenta convenire non poterat. « ex parte dilectorum. » datum anno domini 1295 feria 5 post ascensionem domini. 1295 Mai 19.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 6.*

198. Bischof Konrad von Straßburg gibt im päpstlichen Auftrage einem Straßburger Cleriker Johannes Dispens betreffend den Makel seiner Geburt. 1295 September 28 Dachstein.

C[onradus] dei gracia episcopus Argentinensis [Johanni nato Johannis]<sup>a</sup> . . . . Argentinensi salutem in domino. litteras domini . . pape recepimus in hec verba: Bonifacius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. accedens ad presenciam nostram [dilectus filius Johannes Johannis] . . . Argentinensis nobis humiliter supplicavit, ut cum eo, qui, sicut asserit, ascribi desiderat milicie clericali, super defectu natalium, quem

<sup>a</sup>) Der Name ist hier wie im Folgenden mit Absicht durch Tinte unleserlich gemacht, der Familienname war nicht mehr zu entziffern.





tribus diebus, quibus fuimus ibidem, juxta mandatum apostolicum<sup>1</sup> et 20 s[olidos] Allensium pro una evectioe et 12 pro sigillis et scripturis notariorum recepisse fatemur. et quia onera, que dividuntur in partes, facilius subportantur, ut predictam summam pecunie cum justis et moderatis expensis ab ecclesiis et monasteriis civitatis et diocesis Argentinensis exemptis et non exemptis exigere imponere ac recipere valeatis secundum uniuscujusque monasterii et ecclesie facultates more solito proportionaliter dividendo, vobis plenam et liberam auctoritatem tenore presentium ducimus concedendam ita, quod inobedientes et rebelles per censuram ecclesiasticam compellatis. in cujus rei testimonium presentes literas nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. datum Argentine anno domini 1295, indictione 9, die 21 novembris. 10

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 3465 fol. 79<sup>a</sup> cop. chart. sec. XVI.*

200. Die päpstlichen Nuntien nehmen die dem Domcapitel und bischöflichen Official von Straßburg für säumige Zahlung angedrohte Bannsentenz zurück. 1295 November 24 [Mülhausen].

288. *Beschluß des St. Peterscapitels über die Verwendung der Einkünfte des erledigten Schatzmeisteramts. 1311 April 20.*

In nomine domini amen. vacante . . thesauraria in ecclesia sancti Petri Argentinensi, nos . . decanus totumque . . capitulum dicte ecclesie sancti Petri ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos communi et concordii tractatu prehabito, deliberacione quoque prehabita diligenti, statuimus et statutum hujusmodi nos singuli canonici de dicto . . capitulo jurejurando vallavimus et vallamus, consensu et voluntate domini . . prepositi dicte ecclesie sancti Petri in hiis plenius 35

a) *S* voluntem. b) *S* restitueret. c) In *S* folgen sieben durchstrichene Worte, von denen zu lesen: quod nobis idem Lampertus . . . dedit . . . d) In *S* folgen acht zum Theil übergeschriebene sämtlich durchstrichene Worte, von denen zu lesen: vel . . . aliquis de ipso ipse de aliquo.

<sup>1</sup> Vergl. Schreiber UB. d. St. Freiburg I, 169 u. 191.

accedente, quod nedum medietas omnium oblacionum obventionum ex quacunque causa provenientium intuitu et contemplatione dicte . . thesaurarie conquirendorum et conquirendarum seu etiam jam conquisitorum et conquisitarum pro indiviso cedere habet<sup>a</sup> canonicis dicte ecclesie sancti Petri secundum consuetudinem in dicta  
 5 ecclesia hactenus laudabiliter observatam, sed etiam medietas omnium funeralium pro indiviso, que obveniunt et que ratione funeris deferuntur intuitu et contemplatione thesaurarie prefate. ipsam dignitatem . . thesaurarie necnon futurum . . thesaurarium, qui eligitur ad eandem . . thesaurariam, ad observandum huiusmodi statutum astringimus per presentes. in huius rei geste evidens testimonium pre-  
 10 sentes litteras nostri . . capituli sigilli munimine fecimus roborari. actum anno domini 1311 feria tertia post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

*T aus Straßb. Thom. A. lad. hist. eccles. 13 or. mb. c. sig. pend.*

239. *Vor dem Straßburger Hofrichter doliren der Ritter Johann in Kalbsgasse und seine Schwester Phyna ein Armen-Hospital und setzen mehrere Legate aus.*  
 15 *1311 Mai 8.*

In nomine domini amen. coram nobis . . iudice curie Argentinensis constituti Johannes dictus in Kalbesgasse miles Argentinensis et Phyna soror ejus carnalis considerantes et attendentes, quod per caritatis opera conservatur humanitas, placatur deus et peccatorum venia impetratur, cupientes eciam de bonis sibi a deo collatis  
 20 in eundem referre, qui ait: quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, idcirco manibus coadunatis et unanimi voluntate de bonis suis communibus quatuor areas suas contigue sitas ac unam aream prope dictas areas sitam cum omnibus super eisdem areis edificatis juribus et attinenciis suis in civitate Argentinensi ex  
 25 opposito ecclesie sancti Thome Argentinensis ultra fluvium, qui dicitur die Brüsche, ex superiori parte prope domum dictam zū dem Swederich et ex parte inferiori prope domum . . dicte Twingerin et tendunt retro super stratam publicam<sup>1</sup>, ad usus pauperum infirmorum sub modis infrascriptis ex causa donationis pure simplicis et irrevocabilis inter vivos pro synodochio seu hospitali infirmorum deputaverunt et donaverunt simpliciter propter deum, ita videlicet, quod de bonis infrascriptis, que  
 30 modo et causa quibus supra eciam dicto hospitali sive synodochio deputaverunt, reservato sibi pro tempore vite ipsorum tantum usufructu eorundem honorum, pro annuo censu quinque solidorum denariorum Argentinensium eidem hospitali annis singulis interim, dum vixerint, de eisdem bonis solvendorum donaverunt simpliciter et irrevocabiliter ac eadem bona et eorum dominium vel quasi ac omne jus ipsis in  
 35 eisdem hactenus ex causa et modis quibuscumque competens in manus nostras nomine dicti hospitalis resignaverunt et per porrectionem calami tradiderunt ac a nobis nomine dicti hospitalis pro censu predicto ad vitam suam tantum receperunt,

a) *Vielleicht verschrieben für debet?*

<sup>1</sup> *Vergl. Straßb. Gassen- und Häusernamen i. Mittelalter, S. 165 u. 166.*



ac de aliis, que inspirante domino largitione fidelium et aliis justis modis quibus-  
cumque eidem synodochio accesserint, recipiantur serventur procurentur et pascan-  
tur perpetuo ad minus decem et plures, quantum se ejusdem hospitalis facultates  
extendent, pauperes et infirmi tanta debilitate et paupertate gravati, qui non habent  
aliunde, de quo vivant, nec elemosinam possint querere hostiatim. cum quibus 5  
voluerunt in eodem synodochio et de bonis ipsius semper haberi unum sacerdotem,  
cui in obsequium infirmorum unum famulum et duas ancillas voluerunt continue  
deputari. pro quarum personarum tam egrorum quam etiam ministrorum necessitati-  
bus et expensis donaverunt et deputaverunt, ut predictum est, in synodochio pre-  
dicto bona inferius specificata. ad cujus etiam sacerdotis necessitates sublevandas 10  
preter victum cottidianum, quem, ut predictum est, de synodochio habebit, recipiat  
redditus annuos viginti quartalium tritici et siliginis equaliter utriusque de bonis in  
Rinsteten ipsum Johannem militem contingentibus, quos etiam ad hoc predicto  
sacerdoti specialiter deputavit. ad hec voluerunt predicti Johannes et Phyna statue-  
runt et ordinaverunt, quod singulis annis in commemoratione omnium animarum perpetuo 15  
octo libre denariorum Argentinensium, qui census nomine de curia dicta zû dem temple<sup>1</sup>  
sita in civitate Argentinensi in vico dicto Kalbesgasze ipsis debentur, in emptionem  
pannorum ad vestiendum pauperes aliquot extra dictum hospitale ubilibet exponantur.  
cujus rei curam Phyna predicta cum consensu fratris sui predicti sibi reservavit pro tem-  
pore vite sue; post mortem vero suam predicti panni distribuentur pauperibus loco et modo, 20  
prout ipsa Phyna adhuc vivens duxerit providendum. et ad hujusmodi pie subven-  
tionis usum redditus octo librarum predictos ex causa et modis, quibus supra, sim-  
pliciter et absolute donaverunt et tradiderunt per porreccionem calami predictam ac  
perpetuo deputaverunt. consenserunt etiam et voluerunt, ut bonorum et reddituum  
supradictorum hospitali predicto, reservato ipsis ad tempus vite sue usufructu, ut 25  
prescriptum est, donatorum medietas uno ex eis decedente, et altero sive superstitie  
ex eisdem decedente reliqua medietas et ipsa bona omnia cum omni jure, quo ipsi  
eadem communiter tenuerunt et possederunt et ad ipsos pertinebant, cedant ipso  
facto libere et absolute hospitali predicto, contradictione cujuslibet non obstante. Jo-  
hannes quoque predictus redditus annuos quinquaginta et duorum quartalium et 30  
trium sextariorum tritici et siliginis, quos habet, ut asseruit, in banno ville Uten-  
heim, reservato sibi usufructu eorundem ad tempus vite sue tantum, cum omni jure,  
quo dicti redditus ad ipsum hactenus pertinebant, donavit et per porreccionem  
calami tradidit simpliciter et irrevocabiliter ex causa et modis quibus supra ita, ut  
de illis redditibus singulis septimanis in feria sexta perpetuo unum quartale in pane 35  
distribuatur pauperibus aliis extra hospitale prefatum in loco et modo, quibus ipsa  
Phyna decreverit ordinandum. supplicaverunt igitur reverendo in Christo patri  
domino Johanni Argentinensis ecclesie episcopo, ut prescriptam sue devotionis dona-  
tionem voluntatem et ordinationem ad honorem omnipotentis dei, sancte sue geni-  
tricis Marie semper virginis, beati Andree apostoli et omnium electorum dei nomine, 40

<sup>1</sup> Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 89.

quo supra, suscipiat et ea faciat robur debitum perpetuo obtinere<sup>1</sup>. synodochium namque predictum personas et omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura, in rebus ecclesiasticis et jure ecclesiastico voluerunt ammodo haberi et petiverunt ea ita censi, ut predicto domino nostro episcopo et ejus successoribus  
 5 Argentinensis ecclesie episcopo semper subsint juxta sacrorum canonum instituta ac ecclesiastica emunitate gaudeant et fruantur. ceterum coram nobis . . . iudice predicto constituti predicti Johannes miles et Phyna in remedium animarum suarum et simpliciter propter deum redditus annuos perpetuos septem librarum denariorum Argentinensium, quos se dicebant habere super duabus domibus et areis cum  
 10 omnibus suis edificiis juribus et attinenciis dictis zû hern Diemen sitis in civitate Argentinensi prope domum dictam zû dem gûldin schâffe<sup>2</sup>, religiosis dominabus . . . abbatisse . . . priorissis et conventibus monasteriorum sanctorum et sanctarum Clare an dem werde, Johannis, Katherine, Marci, Elysabet, Angnetis et Margarete sitorum extra muros Argentinenses cuilibet eorundem monasteriorum seu personis in quolibet  
 15 eorum domino famulantibus unam libram denariorum Argentinensium de redditibus dictarum septem librarum legaverunt et causa mortis deputaverunt seu donaverunt<sup>3</sup> sic, quod . . . abbatisa necnon . . . priorissa et conventus monasteriorum predictorum perpetuo singulis annis in anniversariis Johannis et Phyne predictorum dictos septem librarum redditus de domibus et areis cum suis attinenciis predictis vel  
 20 medietatem reddituum eorundem, uno ex eisdem Johanne et Phyna decedente, recipient percipient et deducant pro pictantia in refectoriis earundem, supplicantes devotione, qua poterant, ut ipsorum de sero cum vigiliis et de mane cum missis pro defunctis ac aliis bonis et orationibus memoriam habeant post ipsorum obitum, quemadmodum anniversaria peragi solent et celebrari. item legaverunt deputaverunt  
 25 et modo ac causâ, quibus supra, donaverunt personis et locis, apud quas et que suam ecclesiasticam elegerint sepulturam, redditus annuos perpetuos quinque librarum denariorum Argentinensium, quos se asserebant habere super domo et area dicta zû dem lowen<sup>4</sup> cum omnibus suis edificiis juribus et attinenciis sitis in civitate Argentinensi prope pontem sancti Nicolai, sub modo infrascripto, videlicet  
 30 quod medietas dictarum quinque librarum in anniversario unius ex eisdem Johanne et Phyna et reliqua medietas earundem quinque librarum in anniversario alterius personis, apud quas suam elegerint sepulturam, in ipsarum refectorio pro pictantia ministrentur, affectantes et rogantes, ut dicte persone de sero cum vigiliis et in mane cum missis pro defunctis ipsorum memoriam habeant, prout fieri est consuetum.  
 35 quorum omnium reddituum predictorum distributionem et amministrationem in modum predictum faciendam . . . priorisse monasterii sancte Angnetis, que pro tempore fuerit, aut alteri priorisse vel persone, quam dicta Phyna ad hoc duxerit deputandam et constituendam, presentibus commiserunt. hujus autem legati et pie

<sup>1</sup> Vergl. nr. 290.

<sup>2</sup> Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 89.

<sup>3</sup> Zu dieser und der folgenden Schenkung vergl. UB. III, 211 nr. 689.

<sup>4</sup> Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 142.

ordinacionis quantum ad ipsorum anniversaria peragenda . . priorem et suppriorem fratrum predicatorum domus Argentinensis, qui pro tempore fuerint, executores presentibus constituerunt, dantes eisdem et cuilibet ipsorum in solidum ita, quod non sit melior condicio occupantis, plenam et liberam potestatem et mandatum speciale, legatum predictum ac omnia alia premissa fideliter exequendi, agendi contra omnes  
 5 hoc presens suum legatum seu testamentum ordinationem et voluntatem impedire volentes, ipsosque coercendi et compellendi coram iudicibus quibuscumque, prout viderint expedire, ut ab huiusmodi impedimento desistant et ut ipsorum legatum seu testamentum ac omnia premissa juxta ipsorum voluntatem et dispositionem debitum sortiantur effectum, ac omnia alia et singula faciendi, que circa premissa  
 10 fuerint oportuna. insuper voluerunt statuerunt et ordinaverunt, quod omnia premissa, prout supra narrata et scripta sunt, sint ipsorum ultima voluntas et quod valeant, prout de jure vel de facto melius subsistere possunt et debent. omnia igitur et singula suprascripta per ipsos, ut prescriptum est, communiter vel divisim facta donata et tradita voluerunt et preceperunt a suis heredibus et successoribus quibuscumque  
 15 ab intestato vel ex testamento vel alias undecumque venientibus rata perpetuo et firma teneri et inviolabiliter observari, inhibentes, ne quis eorum contra illa vel aliqua ex eis per se vel per alium in iudicio vel extra faciat vel veniat, aut fieri vel veniri aliqua de causa vel aliquo ingenio procuret. et contrarium facientes hereditate sua, quam ab intestato vel ex testamento post mortem suam in quibuslibet  
 20 bonis suis et ab ipsis relictis capere quovis jure et modo possent et deberent, carere voluerunt et eos exnunc propter hoc exheredaverunt et ab eadem hereditate excluderunt et exclusos esse voluerunt in hiis scriptis. ac omne jus, quod talibus in bonis suis jure hereditario competeat aut competere poterat, voluerunt et mandaverunt ipso facto devolvi ad jus et proprietatem ac dominium Christi pauperum, ad  
 25 quorum usum ad ordinationem suam hospitale est, ut supra premititur, instaurandum. porro specificacio bonorum collatorum seu donatorum ad hospitale supra prefatum est hec et sita sunt in hunc modum : quinque aree, de quibus supra in principio fit mentio, ex opposito ecclesie sancti Thome Argentinensis ultra fluvium, qui dicitur die Brüsche ; item quatuor aree contigue site in civitate Argentinensi in Smidegaszen<sup>1</sup>  
 30 ex superiori parte prope aream monasterii sancte Elysabet, quam Johannes dictus Ehenheim faber habet, ut dicitur, in emphiteosim, et ex alia parte tendunt versus ecclesiam sancti Martini et retro tendunt super cymiterium dicte ecclesie sancti Martini ; item una area sita in Sporergasze<sup>2</sup> prope Cüntzelinum gladiatorem ex una et Heinricum sutorem dictum de Snersheim ex parte altera ; item una banca panificum dicta eine brot bang an dem dorhuse ex una parte juxta . . dictum Stübenweg et ex alia parte juxta . . dictum Gros Erbe ; item quatuor bance panificum an dem vischebûhele, una juxta bancam Alberti Rülenderlini militis Argentinensis, alia juxta bancam domicellarum dictarum zâm Spiegele ex una et ex parte altera juxta bancam leprosorum, alie vero due bance site sunt juxta bancam Burcardi dicti  
 40

<sup>1</sup> Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 147.

<sup>2</sup> Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 160.

Phyler militis Argentinensis ex una et ex parte altera juxta Gösselinum dictum Schöp; item redditus octoginta quartalium tritici et siliginis equaliter utriusque minus quatuor quartalibus ejusdem annone, siti in banno ville Husbergen. et quia omnia et singula suprascripta coram nobis et in presentia nostra sunt acta, sigillo curie Argentinensis predictae ad petitionem Johannis et Phyne predictorum presentes litteras communivimus in testimonium rei geste. datum 8 idus maji anno domini millesimo trecentesimo undecimo.<sup>1</sup>

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 4 nr. 5 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt nach dem Transsumpt in nr. 290 bei Schöpflin Als. dipl. II, 95 nr. 857.*

290. *Bischof Johann von Straßburg genehmigt die Gründung des Phynenhospitals und gestattet die Errichtung eines Bethauses in demselben. 1311 Mai 30 Straßburg.*

In dei nomine amen. nos Johannes dei gratia episcopus Argentinensis attendentes, quod pastoralis officii nostri debitum nos inducit curam et operam gerere, qualiter pie et devote nobis subjectorum voluntates donationes ordinationes et dispositiones maxime ad opera caritatis exercenda facte debitum et liberum secundum donantium dispositiones et ordinationes consequantur effectum, devotam igitur supplicationem ex parte Johannis dicti in Kalbesgaszen militis Argentinensis et Phyne sororis ejusdem carnalis nobis exhibitam circa donationem voluntatem ordinationem et dispositionem ab ipsis de bonis suis communibus et divisis pro synodochio seu hospitali de novo instaurando in civitate Argentinensi et elemosinis in eodem distribuendis pro Christi pauperum sustentatione et ipsorum necessitatibus sublevandis pie et devote factam grato suscipimus assensu et favore, quo possumus. amplectimur ampliori, sicut dictorum donatorum voluntas donatio ordinatio et dispositio in instrumento sigillo curie nostre Argentinensis ad petitionem ipsorum sigillato plenius continetur. cujus quidem instrumenti seu littere tenor dinoscitur esse talis: [*folgt nr. 289*]. donationem itaque ordinationem seu dispositionem ac voluntatem Johannis et Phyne predictorum, sicut in dicto continetur instrumento, loco dei et ecclesie nostre Argentinensis predictae eo jure et nomine, quo facta est et quo melius valere poterit, recepimus et voluntatem ac ordinationem et dispositionem ipsorum donatorum in eisdem et omnibus premissis auctoritate ordinaria laudamus approbamus et in dei nomine confirmamus. dictum etiam hospitale seu synodochium cum personis bonis rebus et omnibus suis attinenciis in nostram et ecclesie nostre Argentinensis predictae defensionem protectionem tuitionem et curam suscepimus et suscipimus in hiis scriptis. concedimus etiam, ut pro infirmis in dicto synodochio seu hospitali moraturis novum ibidem construatur et consecretur oratorium, in quo per sacerdotem eidem synodochio seu hospitali deputandum missarum sollempnia peragantur, salvo tamen jure parrochiali, quod in eodem oratorio . . . thesaurario

<sup>1</sup> *Vergl. über die Stiftung des Spitals die darauf bezügliche Notiz Königshofens zum Jahr 1312 (D. St. Chron. IX, 739) und die Ausführungen bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 169 ff.*

ecclesie sancti Thome Argentinensis, qui pro tempore fuerit, in cujus parrochia situm est, reservamus ita, ut sibi et ejus successoribus neque in oblationibus neque in funeralibus seu quibuslibet quovis modo debitis obsequiis nullum per hoc fiat prejuditium vel aliquod debitum subtrahatur. in cujus rei evidens testimonium et robur perpetuum obtinendum sigillum nostrum presentibus est appensum. datum Argentine 3 kalendas junii anno domini millesimo trecentesimo undecimo. 5

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 116 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 345 nr. 61 nach einer Copie des 14. Jahrhunderts.*

291. *Johann von Lichtenberg, Anselm Fürst von Brumath, Voltz von Hochfelden und Albrecht Rulenderlin fällen ihren Schiedsspruch in dem Streite zwischen Symund von Zweibrücken und der Stadt Straßburg. 1311 Juni 17.* 10

Wir Johannes herre von Lichtenberg, Anshelm der Fürste von Brūmat, Voltze von Hochfelden und Albreht Rūlenderlin ratlūte in der missehelle, die jungeher Symunt von Zweinbrücken hette gegen der stat von Strazburg, sprechent zū rehte: sit daz jungher Symunt von Zweinbrücken nūt erzūget het, daz ime die burgere von Strazburg reht verseitent und rehtelos bliben si in irre stat, daz die burgere von Strazburg sin entladen sūlent sin; so verre wil jungher Symunt clagen, es si umbe pfert oder umbe pfenninge oder warumbe es ist, vor meistere und vor rate zū Strazburg, men sol ime unverzogen reht tūn nach der stette rehte von Strazburg ane alle geverde. und sol daruf zwuschent junghern Symunde von Zweinbrücken und der stat von Strazburg eine stete sūne sin. und des zū eime urkunde so han wir unsere ingesigele an disen brief gehencket. der wart gegeben an dem dunrestage vor sancte Johanneses tage, do men von gottes gebūrte zalte drūzehenhundert jar und eilf jar. 25

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 4 sig. pend. partim laesis. Von der Legende des ersten zu lesen: s. secretum domini Johannis de Lietenberg, des zweiten s. Anselmi dicti Fürst; das dritte zeigt einen Adler im Schilde.*

292. *Schreiben des Metzzer Bürgers Johannes de Atrio an die Stadt Straßburg, Schuldforderungen betreffend. 1311 Juli 27.* 30

.. Dilectissimis et preamantissimis dominis suis prudentibus viris et honestis magistro et consilio civitatis Argentinensis Johannes dictus de Atrio<sup>1</sup> civis Metensis dilectus fidelis vester ad omnia vestra beneplacita se paratum. cum vestram circumspectam rogaverim discretionem pro debitis, in quibus estis mihi astricti, pro quibusdam nostris concivibus ab hac luce substractis<sup>2</sup>, de quibus littere ad manus 35

<sup>1</sup> Wohl identisch mit der Familie Jehan de la Court, die später in der Paroisse Jurue erscheint. Vergl. Tabouillot Hist. de Metz III, 202.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 251.

meas devenerunt, nec recognitorium seu littere ad quempiam alium nisi ad me pertineant, quod mihi velletis facere finem, et vos super hiis rectoribus civitatis Metensis quam pluries scripseritis per vestrarum seriem litterarum ipsique rectores me coram eis vocaverint petentes a me, sub quo modo me super hiis intromittere vellem, ego  
 5 habito super hoc consilio eis respondi, quod paratus sum et eram vobis reddere et deliberare instrumenta in vestris manibus, facto primitus de hiis pagamento. qui rectores dixerunt, quod hoc sufficiebat nec aliquo modo cogi poteram ad aliud nisi ad quittandum et ad tradendum predicta vobis instrumenta, et quod fantasma eis videbatur, quod aliquis civitatem nostram vel aliam vellet ad rationem ponere super  
 10 debito, quod civitas Metensis vel alia deberet alicui, nisi instrumenta ostenderet, nobisque et civitati nostre sufficeret, si essemus ad aliquod debitum obligati per nostras litteras, et satisfaceremus de debito, si nobis littere nostre vel instrumenta super hujusmodi debito redderentur. verum quia inde verba fuerunt inter vos et me et alique ordinationes creantate nec vellem, quod vos seu alter honorabilis persona  
 15 me suspectum teneret, seu quod aliquid mali circa hoc cogitarem, sciatis: quam cito a vobis recessi, procuravi istam ordinationem ad effectum deduci cum magno labore ita, quod illud, quod concordatum et creantatum extitit, est sigillatum et roboratum sigillo domini . . Metensis episcopi ac sigillis curie majoris et de sancto Paulo archidiaconorum in ecclesia Metensi de tempore et die ordinationis predictae, de consensu  
 20 et creantato personarum, que creantare hoc debebant, quemadmodum in vestra copia et mea continetur. si vero illa concordantia vobis placeat, paratus sum eam sigillatam vobis personaliter tradere seu mittere. sed quia non est solatium sine effectu et fine ad vos recurrere, scire vos cupio, quod postmodum Agnes dicta Chauerson mea neptis nuper diem clausit extremum. sed ob hoc non remanet, quin littere sint  
 25 sigillate, ut predixi, et per ipsam, dum viveret, creantate fuerint tempore supradicto. nescio itaque voluntatem vestram, nisi eam mihi rescripseritis. quia ordinatio predicta loquitur ita bene de ipsa sicut de me, et si ordinatio vobis sufficit, ego libentissime vobis mittam eam una cum litteris super debito. et si ipsa vobis non sufficeret, non video, quare sine effectu fatigarer. insuper bene volo, quod vos sciatis, domini mei karis-  
 30 simi, quod ego memet ipsum toto meo conamine magis prumptum exhibui fideliter laborando pro concordia inter vestros cives Argentinenses et Metenses quam pro profectu et utilitate, quam expectarem, et ne dampna seu discordie orirentur inter nos, quod sciatis, quod virtute litterarum sex viginti marcharum magnarum dampna rationabiliter potuissent haberi et facta fuissent. unde super hiis mihi tamquam vestro  
 35 fideli vestram velitis rescribere voluntatem, qui paratus sum ad vestra beneplacita et mandata. valeat vestra discretio per tempora longiora. et ut premissa ad vestram notitiam deducantur, sigillum meum duxi presentibus apponendum. datum anno domini 1311 feria tertia post festum beate Marie Magdalene.

40 *S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Die Legende nicht mehr lesbar. Das Stück zeigt eine eigenthümlich flüchtige Schrift, die sonst erst in der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts hervortritt.*

293. *Vergleich der Stadt Worms mit der Stadt Straßburg. 1311 September 17.*

Wir der rad und die burger gemeinliche von Wormisze verjehent und tunt kunt allen den, die disen brief anesehent oder gehorent lesin: solich anesprache, die wir hatdent oder habin motent an den rad unde an die burgere von Strazburg sunder unde sampt von der sache wegin, die Wernzeman Stirne selge unser burger hatde mit in, darauf verzihen wir vor uns unde vor alle unser burgere lutderliche und abbetalle mit disme geginwurtegen briefe ane alrehande geverde und ane alrehande argeliste. zu eime warin urkunde dis verziges gebin wir disen brief versigelt mit unser stede ingesigel. dirre brief ist gebin an sante Lamprethistage, do man zalthe von Cristes geburthe druzehin hundert jar und darnach in deme eilften jare.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Korp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

294. *Notariatsbescheinigung über die Forderung der Procuratoren der Straßburger Capitel auf dem Concil zu Vienne, zu den Berathungen der Bischöfe hinzugezogen zu werden, ihre Zurückweisung und ihre Verwahrung. 1312 Januar 8 Vienne.*

In nomine domini amen. anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis divina providentia pape quinti anno septimo, die sabbati, octavo mensis januarii, in presentia mei notarii publici et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum providi et discreti viri magistri Fridericus de Geuderheim, canonicus ecclesie sancti Thome Argentinensis, procurator, ut dicebat, venerabilium virorum . . . prepositi . . . decani et capituli ecclesie sancti Thome Argentinensis ac . . . prepositi . . . decani et capituli Rinaugensis necnon . . . prepositi . . . decani et capituli Surburgensis ecclesiarum Argentinensis diocesis ac . . . abbatis et conventus monasterii Morbacensis ordinis sancti Benedicti Basiliensis diocesis et Rodulphus plebanus ecclesie de Benwilre Basiliensis diocesis, procurator etiam, ut dicebat, venerabilium virorum . . . decani, Johannis de Ohenstein, Henrici de Gundolzingen, Hermannii de Dierstein archidiaconorum et capituli ecclesie Argentinensis procuratorio nomine pro eis, et quidam alii procuratores ibidem et cum eis presentes procuratorio nomine illorum, quorum procuratores se esse dicebant, de provincia Maguntina regni Alamanie ad generale et sacrum concilium<sup>1</sup> vocatorum constituti in majori ecclesia Viennensi procuratorio nomine pro eis coram reverendis in Christo patribus dominis . . . Coloniensi . . . Magdeburgensi . . . Bremensi . . . Lundensi et . . . Eboracensi archiepiscopis, ac . . . Argentinensi . . . Brandeburgensi . . . Chimensi et . . . Roschildensi episcopis in eadem ecclesia congregatis supplicaverunt humiliter archiepiscopis et episcopis antedictis, quod cum ipsi viderent et perciperent, eos jam pluries ac sepius convenisse et tractatus et colloquia fecisse et habuisse secreta, ut, si aliqua in hujusmodi eorum congregationibus tractarent agerent vel ordinarent, que tangerent vel tangere possent in aliquo facta concilii generalis, quod eos ad tales tractus consilia et colloquia vellent admitti procuratorio nomine dominorum suorum, quorum procuratores existunt.

<sup>1</sup> *Concil von Vienne von 1311 October bis 1312 Mai. Vergl. Mansi Conc. coll. XXV, 367-426.*

ipsique procuratores obtulerunt se benivolos omni tempore et hora promptos et paratos adesse convenire tractare et deliberare cum eis super factis et negotiis concilii memorati. facta autem per eosdem procuratores supplicatione predicta, archiepiscopi et episcopi supradicti dixerunt procuratoribus antedictis, ut eis aliquantulum cederent, quia inter se deliberare volebant. eis vero post modicam horam revocatis, archiepiscopus Bremensis suo et aliorum archiepiscoporum et episcoporum nomine respondit eisdem procuratoribus. respondit in hunc modum: sciatis vos procuratores, quod congregationes tractatus consilia et colloquia, que fecimus et habuimus hiis diebus, illa fecimus de mandato domini pape nobis specialiter facto, qui nobis proposuit quosdam certos articulos mandans nobis, ut super illis congregati deliberarem sibi que deliberationem et consilium certo tempore notificare deberemus, inhibens nobis nichilominus sub pena excommunicationis, ne vos procuratores ad hujusmodi deliberationem et colloquia vocarem vel ea vobis aut cuiquam alteri revelare deberemus. ista vero responsione per eundem archiepiscopum Bremensem facta, procuratores predicti dixerunt et coram ipsis archiepiscopis et episcopis publice coram me notario publico et testibus infrascriptis et pluribus aliis protestati fuerunt, quod ipsi, eis insciis irrequisitis et non vocatis, aliqua quoquo modo tractarent agerent vel ordinarent aut in aliqua, eis exclusis, consentirent, que contingerent facta concilii, ad quod concilium et ad que et propter que facta et negotia dominorum eorum, quorum procuratores sunt, fuerunt et erant ad concilium evocati, vel facta aliqua dominorum suorum, que ipsos dominos in aliquo contingerent vel eorum interesset vel in eorum prejudicium agerent quoquo modo, quod ipsi omnes et singuli procuratorio nomine dictorum dominorum suorum in illa nullatenus consentirent nec ea rata vel grata haberent vel quoquo modo notificare intendebant. cum hoc etiam protestabantur et petebant aperte, ne aliqua, eis non vocatis et irrequisitis, fierent per archiepiscopos et episcopos antedictos in factis tractatibus et negotiis concilii, ex quibus et propter que ecclesiis capitulis conventibus et dominis ipsorum, quorum procuratores erant, posset gravamen aliquod imminere vel in posterum prejudicium generari, cum in ea nomine quo supra non intenderent aliquatenus consentire, set eis potius expresse contradicebant et contradicere intendebant. actum in majori ecclesia Viennensi, presentibus discretis viris dominis Landulpho de Diocha canonico Coloniensi, Cristiano de Aquis canonico ecclesie sancti Petri Trajectensis, Conrado de sancto Odeluco canonico sancti Sebastiani Magdeburgensis, Tancrinno magistri Guidonis de Novaria in Romana curia procuratore et pluribus aliis testibus ad predicta specialiter<sup>a</sup> vocatis et rogatis.

Et ego Petrus Angeli de Amelia sacrosancte Romane ecclesie et alme urbis prefecti auctoritate notarius publicus predictis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi meoque consueto signo signavi. (S. N.)<sup>b</sup>

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 15 or. mb. lit. pat.*

40 a) *T rep. specialiter.* b) *Das Notariatszeichen hat die Gestalt eines achterhigen Sterns, dessen vier Hauptstrahlen längliche Blattform haben und in Kreuze mit vier Punkten auslaufen, und dessen Nebenstrahlen spitz in Linien verlaufen. Ringsum läuft durch die Strahlen getrennt die Legende signum Petri.*



295. Die Stadt Metz trifft Bestimmungen über den Rechtsweg, welchen ihre Bürger gegen die Bürger der Stadt Straßburg einzuschlagen haben. 1312 Februar 18.

Noverint universi presentium inspectores, quod nos . . magister scabinus tredecim jurati et totum consilium juratum civitatis Metensis pro bono pacis et concordie statuimus et ordinamus, quod nullus ex nostris concivibus possit vel debeat per se vel per alium cives aut aliquem ex civibus civitatis Argentinensis arrestare vel detinere in corporibus vel rebus seu arrestari vel detineri procurare occasione querelarum seu petitionum quarumcumque a retroactis temporibus ortarum usque ad datam presentium litterarum pro personis alienis, nisi esset aliquis dictorum civium Argentinensium pro principali debito erga nostros concives vel aliquem ex eis principaliter obligatus vel nisi pro alio seu aliis se fidejussorio nomine obligasset. si autem casus emergeret, quod aliquis nostrorum concivium de concive civitatis Argentinensis querimoniam deponeret super quibusdam rebus aliis ex causa quacumque, in quibus dictum concivem Argentinensem sibi assereret obligatum, talem conquerentem ad civitatem Argentinensem transmittere debemus pro jure suo requiringo coram magistro et consulibus civitatis Argentinensis, qui dicto nostro concivi taliter conquerenti secundum jus civitatis Argentinensis, quicquid juris aut discretionis fuerit, facient indilate. nec amplius nos vel dictus conquerens a civibus Argentinensibus petere seu exygere possumus aut debemus. si vero . . magister et consules civitatis Argentinensis, predictae nostro concivi de concivibus seu concive civitatis Argentinensis predictae taliter conquerenti negligentes existerent aut remissi in justitia reddenda, quemadmodum est premissum, fraude et dolo penitus circumscriptis, nos premissis auditis et intellectis et coram nobis legitime probatis, post hujusmodi querimoniam denuo coram nobis depositam infra quadraginta dies jus suum coram ipsis consequi non posset et quod coram nobis hoc legitime probaretur a nobis super hoc ipsis denuo requisitis, extunc dicto nostro concivi taliter conquerenti plenariam dabimus potestatem capiendi occupandi et detinendi cives Argentinenses predictos, quousque dictus conquerens consequetur rationem seu justiciam ab eisdem, litteris etiam presentibus et in ipsis contentis post annum a festo pasche proxime venturo inchoandum minime valituris.<sup>1</sup> in cujus rei testimonium presentes litteras sigillo communi nostre civitatis Metensis fecimus communiri. datum anno domini 1311 feria sexta ante dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Mitz 26

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. sig. pend. laeso.  
Das Pergament ist lincirt. Das Datum ist nach dem in der Metzser Diöcese üblichen  
Marienjahr aufgelöst.*

296. Frater Stephanus Portugalensis episcopus vere penitentibus et confessis, qui ad capellam sancti Gregorii et beate Marie Magdalene in parrochia sancti Andree infra muros civitatis Argentinensis sitam in festivitatibus annunciationis et assumptionis beate Marie virginis, sancti Gregorii et beate Marie Magdalene et in die dedi-

<sup>1</sup> Vergl. nr. 281.

cationis ejusdem capelle accesserint annuatim, quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxat, dummodo dyocesani consensus accesserit<sup>1</sup>. «splendor paterne glorie». datum Vienne tempore concilii generalis celebrati ibidem per Clementem papam quintum, pontificatus ejusdem anno 7 et anno domini 1312, nonas marcii.

5 1312 März 7 Vienne.

*S aus Straßb. Gew. u. d. Pfalz lad. 181 fasc. 18 or. mb. c. sig. pend.*

297. Vergleich der Städte Straßburg und Speier über Streitigkeiten einzelner ihrer Bürger. 1312 Juli 10.

Wir der . . meister der . . rat und die burger gemeinliche von Strasburg ver-  
 10 jehen mit diseme briefe, daz wir mit den burgern von Spire sint götliche versuenet  
 und verrihtet aller der miszehelle, die zwischent uns nnd in sint ufgestanden von  
 hern Reinboltes Sûszen unsers burgers und sinre kinde und ir muntbar wegen, die  
 Conraten Lamsbuchen und des Klûpphels kint burger von Spire lûdent mit geis-  
 lichem gerihte usser ir stat wider irre stette vriheite, alse sie clagetent. und hant  
 15 hern Reinboltes kint und ir muntbar daz selbe gerihte, die benne und swas daran  
 geschehen ist, abe gelaszen und hant gelobet, daz sie zû Spire in die stat vur  
 den officiale des bischoves von Spire varen sùllent und sùllent alles ir reht vor  
 ime vurziehen nach allem irme nutze. dagegen sùllent des Klûpphels erben komen  
 und ir frünt und sùllent sich verentwürten nach der anesprache, wie sie wenent,  
 20 daz es in aller nützest sie. wenne denne der rihter die anesprache verhõret und  
 der andern antwurte dagegen, so sol er reht darûber sprechen. und was er zû reht  
 bringet umbe daz vorgeante erbeteil, daz sùllent sie bedesite stete halten. hern  
 Reinbolde sùllent õch die selben burger iegenote wider laszen fünf pfunt haller  
 geltes, die er da hat, ane irrunge. der selbe her Reinbolt sol õch clagen vor dem  
 25 rate von Spire oder dem meren teile des rates, was er clagen wil uf Conraten  
 Lambesbuchen und des Klupphels kint die vorgeanten und uf die lûte, die ime  
 ietzent lãnge sinen cins nût gegeben hant, als er giht, oder uf die den sie gehent,  
 daz sie den cins gegeben hant, und uf wen er ze clagenne hat, der ze Spire burger  
 oder stete inwonunger ist, und sùllent ime der rat von den rihten nach irre stette  
 30 reht aller dinge unverzõgenliche ane alle geverde. und sùllent die burger von Spire  
 und sùnderliche Conrat Lambesbuch und des Klûpphels kint widertûn ane geverde  
 uns und unsern burgern alles, daz sie in bekûmbert und genomen hant, mit gerihte  
 und ane gerihte, ane sehs pfunt haller, die daz saltz kostet uf ze tragenne und zû  
 cinse von dem salczkelre, und ane daz trinkegelt, daz den knechten wart, die der  
 35 Lambesbuch leite an den Rin. wa daz trifft an etteslichen stucken ûber die sum-  
 men eins pfundes haller, daz sol men widertûn. wo daz aber ist under der summen

<sup>1</sup> Bischof Johann bestätigt alle dieser Kapelle bewilligten Indulgenzen und gewährt selbst noch einen Ablass von 40 Tagen. 1312 Juli 23 Straßburg. or. mb. c. sig. pend. i. Straßb. St. A. Gew. u. d. Pfalz lad. 181 fasc. 18.

eins pfundes haller, daz sol men nüt widertûn ane geverde. und sülent ðch wir in und iren burgern elleclichen widertûn und widergeben, was in von uns und unsern burgern und inwonungern ist bekûmbert und genomen ane geverde. also ist es zwiscent uns und in geret. und verzihent wir uns vur uns und alle unsere burger und unsere stette stete inwonunger uf die vogenanten burger und uf alle andere burger und die stat von Spire lüterliche und ellecliche uf allen den schaden und sumnisze, die uns und unsern burgern und steten inwonungern von in geschehen sint, ane allen argenlist. also hant ðch sie uf uns und unsere burger und unsere stat verzigen ane alle geverde. und zû eime urkûnde und bestetegunge aller dirre dinge so hant wir darûber den von Spire gegeben disen brief besigelt mit unser stette ingesigel und hant sie einen semelichen uns gegeben mit irre stette ingesigel von Spire besigelt<sup>1</sup>. dirre brief wart gegeben an dem ersten mendage nach sancte Ûlriches tage in dem jare, da men von gotz gebûrte zalte drûzehen hundert jar und zweif jar.

*S aus Speierer St. A. nr. 562 or. mb. c. sig. pend. Dunkelgrünes großes Straßburger Stadtsiegel.*

*Gedruckt darnach in Hilgard Urk. z. Gesch. d. Stadt Speyer. S. 205 nr. 270.*

298. *Bischof Johann von Straßburg bestätigt den Beschluß des St. Peterscapitels, die Einkünfte aus der Bäckerei der Kirche, welche bishèr dem Kellermeister zufielen, einzuziehen und unter die Canoniker zu vertheilen. 1312 Juli 26.*

In dei nomine amen. coram nobis Johanne dei gratia episcopo Argentinensi Hugo prepositus, Johannes decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis proposuerunt, quod ex collationibus pluries habitis per cellerarios, qui pro tempore fuerant in ipsa ecclesia sancti Petri, de officio pistrini siti in civitate Argentinensi ad ipsam ecclesiam sancti Petri pertinentis plurima evenerint pericula adque dampna et quod ob hoc et ad obviandum hujusmodi periculis adque dampnis communiter ordinaverint et statuerint, tractatibus pluribus prehabitis ac deliberatione prehabita diligenti, ob evidentem necessitatem et communem utilitatem ipsius ecclesie sancti Petri, ne dictum officium esset vel esse debeat ulterius in ecclesia memorata, sed quod proventus ipsius officii ob tenuitatem prebendarum canonicorum ipsius ecclesie et in augmentum divini cultus inter canonicos distribui debeant incessanter et quod ordinatio dispositio dicti pistrini et ponendi personam ad ipsum pistrinum eandemque revocandi destituendi apud capitulum ipsius ecclesie sancti Petri perpetuo debeant remanere, supplicantes nobis humiliter et devote iidem prepositus decanus et capitulum, ut statuto eorundem inferius subnotato ad perpetuam firmitatem nostrum consensum plenum vellemus favorabiliter adhibere. cujus statuti tenor dinoscitur esse talis: nos Hugo prepositus, Johannes de-

<sup>1</sup> Die gleichlautende Urkunde der Stadt Speier ist in Abschrift erhalten im Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 75<sup>a</sup> mit der Ueberschrift daz die von Strazburg und von Spire mitenander gerihet sint von hern Reinbolt Sâszen wegen.

canus totumque capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis considerantes et attendentes, quod ex collationibus habitis per cellerarios, qui pro tempore fuerant in dicta ecclesia nostra, de officio pistrini siti in civitate Argentinensi ad ipsam ecclesiam nostram pertinentis et ex eo, quod ejusdem officii collatio ad ipsos cellerarios hactenus pertinebat, ipsi ecclesie sancti Petri et personis ejusdem multa evenerint pericula adque dampna, sicut experientia docuit adque docet, que rerum efficax est magistra, ideo tractatibus sollempnibus pluribus prehabitis ac deliberatione prehabita diligenti, consensu reverendi in Christo patris et domini nostri domini Johannis episcopi Argentinensis ac Erbonis cellerarii nunc dicte ecclesie sancti Petri super hiis plenius accedentibus, communiter statuimus et ordinamus ob evidentem necessitatem et communem utilitatem ipsius ecclesie sancti Petri et personarum ejusdem, ut collatio dicti officii apud cellerarios, qui pro tempore fuerint in dicta ecclesia sancti Petri, inantea esse non debeat et quod penitus sit extincta, inter nos proventibus ejusdem officii distribuendis perpetuo in augmentum divini cultus et propter tenuitatem prebendarum nostrarum, quas in eadem ecclesia obtinemus, et quod ipsum capitulum personam in dicto pistrino, quam sibi expedire crediderit, instituere possit et debeat eandemque destituere et amovere ab eodem pistrino, quando et quociens sibi visum fuerit expedire, contradictione qualibet quiescente. considerantes igitur, quod officii nostri cura nos sollicitat et inducit utilitatibus ecclesiarum et personarum nobis subjectarum in illis precipue, per que animarum saluti consulitur, ut esse videtur in casu presenti, nunc novorum editione statutorum nunc antiquorum innovatione sollicite providere de veritate causarum in dicto statuto expressarum inquisitionem fieri fecimus diligentem. in cujus inquisitionis negotio probationes lucidas recepimus adque claras, ex quibus nobis evidenter apparuit et apparet, dictas causas veras esse ipsumque statutum rationabile esse et veritatem in omnibus continere. ideo ad petitionem dictorum . . . prepositi . . . decani et capituli nobis dilectorum et ob causas prescriptas ipsi statuto nostrum consensum plenum adhibuimus et presentibus adhibemus ipsumque statutum tamquam rationale et salubre roboravimus approbavimus et confirmavimus, roboramus approbamus et ex certa scientia presentibus confirmamus, cum omni sollempnitate ad hoc debita et consueta, volentes hujusmodi statutum tamquam rationale et salubre in omnibus et per omnia in suo robore inviolabiliter permanere nec alicui licere, contra ipsum statutum venire in totum vel in partem, in judicio vel extra, in posterum vel ad presens, non obstante, quod quidam ex predecessoribus nostris ad collationem officii dicti pistrini aliquando processerunt, cum hoc de facto seu minus bene et contra jus ac in injuriam dicte ecclesie sancti Petri processerit, de quo fuimus et sumus ex probationibus super hoc habitis legitimis coram nobis plenius informati, nolentes ob hoc, ut ipsa ecclesia sancti Petri circa dictum statutum juxta sui continentiam et tenorem auctoritate nostra, ut premittitur, ex certa scientia confirmatum per nos nostrosque successores possit vel debeat quomodolibet inpediri. in quorum omnium premissorum evidentiam recognitionem et probationem nos Johannes dei gratia episcopus Argentinensis sigillum nostrum una cum sigillis . . . prepositi . . . decani . . . capituli et cellerarii predictorum appendi fecimus ad presentes. nos quoque Hugo

prepositus, Johannes decanus, capitulum necnon Erbo cellerarius prenotati sigilla nostra similiter in premissorum evidentiam et probationem presentibus duximus appendenda. actum et datum 7 kalendas augusti sub anno domini millesimo trecentesimo duodecimo.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 4707 or. mb. c. 5 sig. pend. delapsis.*

5

299. *Bischof Johann von Straßburg und Landgraf Ulrich vom Nieder-Elsas fallen ihren Schiedsspruch in dem Streite der Stadt Straßburg mit den Herren von Riegel. 1312 September 1 Straßburg.*

In gottes nammen amen. wir Johannes von gottes gnaden der bischof von Strazburg unde Ulrich der lantgrave in nidern Elsas, die vür ein obeman zwüschent 10 den burgern zu Strazburg gemeinliche unde hern Heinriche von Riegel unde Fritschemanne sime brüdere unde allen iren fründen in der missehelle, die sie wider einander hant, mit rätlüten, die von beden teiln darzu geschicket wurdent, gemeinliche erkosen und genummen sint, tünt kunt allen den an dirre gegenwertigen schrift, die es angât, zu wiszende, daz wir hant angesehen, swaz die rätlute von 15 beden teiln uf irn eit gesprochen hant und uns geentwürtet geschriben. wir hant ðch wiser lüte bede herren unde anderre erberre phaffen rittere unde burgere genüger rât darumbe ervarn unde gehöret. unde also uns die geräten hant unde wir uns selbe rehtes verstânt, so sprechen wir einhullecliche in der vorgenanten missehellen zu rehte: wellent unde mügent die burgere von Strazburg die süne, die von 20 iren wegen ist vürgeleit, daz sie geschehen si mit den vorgenanten von Riegel unde irn fründen umbe den brant, der zu Lampartheim geschach, bezügen unde bereden mit rittern oder mit erbern burgern, die bi der sünen warent unde die der selbe krieg, darumbe der brant geschach, nüt sündeliche ane die gemeinde von Strazburg anging, des sulent sie genieszen, ob sie es tünt vor unserre frowen mes 25 der jungern, die nu zu nehest kummet, da unser einre oder wir bede zugene sint. unde sprechent ðch, daz men wider die süne der von Riegel unschulde nüt nemen noch hören sol, ob sie die burgere wellent unde mügent erzügen, also wir da vor gesprochen hant. wir sprechent ðch umbe daz die burgere Cünzeline seligen von Riegel us dem gerihte, da sie in vingent, vürtent unde anderswo von ime 30 gerihet wart, daz sie darumbe den von Riegel durch reht nüt schuldig sint zu entwürtende noch zu bessernde. aber umbe des rihters reht, in des gerihte er gevangen unde dannen gevüret wart, sprechen wir nüt, wande daz nüt an uns gelaszen ist. darnach sprechen wir, bringent die burgere vür unde bezügent vor dem vorgenanten zile unserre frowen mes, da unser einre oder wir bede zugene sint, also reht ist, mit 35 dem gerihte, daz meine wir mit rittern oder erbern burgern, die des râtes warent unde da zugene warent, da er vür gerihte gevüret wart, daz mit clage unde anders nach rehte über in erteilet unde von ime gerihet wart, also reht ist, ane geverde, daz umbe sinen dôt sie niemanne keine besserunge schuldig sint. unde daz wir dis alsus gesprochen hant, des zu eim urkünde sint unsere ingesigele an 40 disen brief gehenket. dis geschach zu Strazburg an dem nehesten fritage nach

September 8

sante Adelfes mes, da men zalte von gotz gebürte drüzehen hundert unde zwelf jar. hiebi warent her Burkart von Hohenstein, her Johannes von Eckerich, her Dietschelin von Epphiche, her Wernher von Jungholtz unde her Gnipping von Geisboltzheim rittere.

5 *S aus Straßb. St. A. AA art. 1398 or. mb. c. 2 sig. pend. Reitersiegel des Landgrafen, auf dem Schilde und auf der Pferddecke der Schrägbalken mit Lilien besetzt. Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 67<sup>a</sup> ibid. bei Wencker Coll. arch. p. 149.*

10 *300. Die Herren von Dahn beurkunden die zu Drachensfels geschlossene Sühne der Stadt Straßburg mit Johann Kage und Johann von Riegel. 1312 September 5 Dahn.*

Wir der Summer, her Cünrat Usellin, her Johannes rittere und herren zû Dan fürjehen uns offenlich an disen brieve, das in der missehellige, so das was under den von Strasburg von einer siten und zû der ander siten Johannes Kagen und Johannes von Riegel und iren helfern, ein rechte rihtecliche und lipliche süne beschach  
15 umb alle die missehellige, so under in was. und beschach das für Drachensfels under der linden und wart da nûtsnûts usgenommen. das dise süne und dis ding beschach und das dis war, so henke ich Johannes der ritter der vorgeanten an disen brief min ingesigele zû einem rechten urkunde. wir ouch der Summer, her Cunrat Usellin die vorgeanten, wan wir nûts ingesigele han, so fürjehe wir uns  
20 under Johannes unsers vettern ingesigel aller der dinge, so da vor geschriben sint, das die gantz veste und war sint, das ingesigel zû gegen gehenket ist an disen brief. der wart geben zû Dan in dem jar, do man zalte von gottes geburte drüzehen hundert jar in dem zwölften jar an dem nahesten dinstage vor unser vröwen dage der jungern<sup>1</sup>.

25 *S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. sig. pend. Das Siegel zeigt drei Adler im Schilde, Legende s. Johannes de Dan.*

*301. Vergleich der Herren von Ettendorf mit der Stadt Straßburg. 1312 October 28.*

Wir Heinrich und Rennehart gebrüdere und herren von Ettendorf tûnt kunt  
30 allen den, die disen brief gesehent und gehörent lesen, daz wir mit den erebern herren dem meistere dem rate und den burgern gemeinliche von Strasburg gütlich und lieplich verrihtet und verslihtet sint aller der miszehelle und anesprache, die wir gegen in hettent oder haben möhtent in keine wis oder sie gegen uns bitz an disen hütigen tag von des lehens wegen, daz Günther Swarber köfte umbe die von Hüne-  
35 burg, daz gelegen ist in dem banne zû Offenheim, also: was schaden ieweder site

<sup>1</sup> Dieser Bestätigung der Drachensfelder Sühne schließen sich an Ritter Rudolf von Otterbach und die Brüder Berthold und Anselm von Drachensfels. 1312 September 6 Freckenfeld. or. mb. c. 3 sig. pend., quorum 2 delaps. i. Straßb. St. A. ibid. lad. 17.

fortem, etsi non religiosum, non obligari ad labores manuales pro necessitatibus suis, sed eum libere posse recipere elemosynam pauperum. item dicunt, se credere, omnia esse communia, unde dicunt, furtum eis licitum esse. [4] quarto contra sacramenta ecclesie errando. dicunt se credere, quod quilibet laicus bonus potest  
 5 conficere corpus Christi, sicut sacerdos peccator. item quod sacerdos, postquam exiit se sacris vestibus, est sicut saccus evacuatus frumento. item quod corpus Christi equaliter est in quolibet pane, sicut in pane sacramentali. item quod confiteri sacerdoti non est necessarium ad salutem. item quod corpus Christi vel sacramentum eucharistie sumere per laicum tantum valet pro liberatione anime defuncti, sicut  
 10 celebratio misse a sacerdote. item quod omnis concubitus matrimonialis preter illum, in quo speratur bonum proles, sit peccatum. [5] quinto errando contra infernum et regnum celorum. dicunt se credere, quod iudicium extremum non sit futurum, sed quod tunc est iudicium hominis solum, cum moritur. item quod non est infernus nec purgatorium. item quod mortuo corpore hominis solus spiritus vel anima  
 15 hominis redibit ad eum, unde exiit, et cum eo sic reunietur, quod nihil remanebit, nisi quod ab eterno fuit deus. item quod nullus damnabitur nec judeus nec sara-  
 cenus, quia mortuo corpore spiritus redibit ad dominum. item quod homo magis tenetur sequi instinctum interiorem, quam veritatem evangelii, quod cottidie predicatur. [6] sexto errando contra evangelia. dicunt se credere, multa ibi esse  
 20 poetica, que non sunt vera, sicut est illud: venite benedicti etc. item quod magis homines debent credere humanis conceptibus, qui procedunt ex corde, quam doctrine evangelice. item dicunt, aliquos ex eis posse meliores libros reparare omnibus libris catholice fidei, si fuerint destructi. item quod pro illis, qui sunt in purgatorio, non sit orandum. [7] septimo et ultimo contra sanctos viros errando.  
 25 dicunt se credere, quod perfecti homines communiter transcendere possunt et perfectiores sunt gloriosa virgine, et quosdam eam transcendisse in tribus virtutibus. item quod communiter aliqui inter eos perfectiores sunt sancto Paulo. item quod quidam ex eis adeo sunt perfecti, ut non possint deficere nec proficere in sanctitate. item quod perfectus homo non indigeat in hac vita virtutibus theologis, sicut fide  
 30 spe et caritate.

Has igitur omnes prescriptas hereses sive errores una cum secta eorundem hereticorum suorumque sequacium utriusque sexus, cujuscumque conditionis status ordinis vel religionis existant, et cum omnibus eorundem cerimoniais conventiculis habitu et doctrinis, deliberatione diligenti cum sapientibus et electis viris prehabita,  
 35 in Christi nomine damnamus dictasque hereses et errores, tamquam fidei christiane contrarios, reprobamus. et sequentes statutum sacri concilii Moguntini contra begehards hujusmodi et eorum sequaces autoritate metropolitana canonice editum<sup>1</sup>, cujus tenor presentibus est annexus, errorum predictorum professores utriusque sexus in eisdem perseverantes ac omnes et singulos eis in eisdem erroribus consentientes  
 40 credentes faventes vel eos recipientes aut quomodolibet defendentes autoritate dicti

<sup>1</sup> Auf dem Concil zu Mainz im Mai 1310. Vergl. das betreffende Statut bei Hartzheim Concil. Germ. IV, 200.

concilii et nostra in his scriptis excommunicamus et tamquam excommunicatos et ab unitate sancte dei ecclesie extraneos, precipimus ab omnibus evitari, inhibendo nihilominus sub eadem excommunicationis pena in contrarium facientes a nobis in his scriptis prolata omnibus nobis lege diocesana subjectis, ne hereticis antedictis in suis erroribus perseverantibus elemosynas suas porrigant vel eisdem aut eis consentientibus scienter communicent alio quovis modo, salvis nihilominus aliis sententiis atque penis in tales per sedem apostolicam promulgatis. ut autem tam reprobis et perversis hominibus perversitatis sue exercende commercium oportunum adimatur, domos et habitationes suas, in quibus solebant habere conventus, auctoritate ordinaria publicamus et eas, antedictis hereticis et eis consentientibus exclusis et ejectis, sancte dei ecclesie applicamus ad necessitates pauperum convertendas. precipimus quoque sub pena predicta omnibus nobis lege diocesana subjectis, quocumque nomine censeantur, ne scriptis cantilenis aut doctrinis perversorum hujusmodi cum eisdem damnatis legendo auscultando, et alio quovis modo tamquam fautores quamlibet-  
 5  
 10  
 15  
 20  
 25  
 30  
 35  
 cunque utantur, imo potius talia, ut prescriptum est, reprobata et damnata, si que apud eos sunt, nobis infra quindenam a publicatione presentium presentent igne cremanda. predictis autem beghardis ab erroribus antedictis ad unitatem sancte dei ecclesie sponte redire volentibus injungimus sub pena excommunicationis late sententie, ut ipsi infra triduum post publicationem presentium habitu, quo hactenus in sua perversitate usi sunt, penitus abjecto et mutato, indumentis ab umbilico deorsum scissis, desuper cum capuciis parvis, non tamen tunice consutis, non utantur, et in petendis elemosynis modum suum consuetum, qui est brod durch gott, omittant et aliis mendicantibus se conforment. nos enim in omnes et singulos eisdem beghardos vel aliquem ex eis in habitu per nos, ut predictum est, reprobato recipientes vel eis elemosynas suas contra hanc nostram prohibitionem largientes excommunicationis sententiam proferimus in his scriptis. ad hec eadem sententia sive pena, qua supra, perstringimus et scripto presenti innodamus omnes swestrones, que in singularitate quadam reproba pallium replicant super caput et, dum petunt elemosynam, brod durch gott clamitant in plateis, nisi infra triduum post publicationem presentium singularitatem hujusmodi deferant et se cum aliis vestibus et in petendo elemosynam aliis christianis conforment. per hanc autem nostram sententiam et prescriptum damnationis nostre processum religiosi, qui sunt de tertia regula fratrum minorum, aut beginis honestis secularibus vel etiam quibuslibet aliis familiaribus fratrum approbatorum ordinum et secundum eorum consilium se regentibus nullatenus volumus prejudicium generari, sed eos juxta modum servatum in aliis provinciis perdurare.

Igitur vos omnes et singulos, ad quos presentes littere pervenerint, non exemptos in virtute sancte obedientie, exemptos vero caritative in domino commonemus precipiendo firmiter et mandando, quatenus presentem nostrum processum pro conservatione fidei christiane rationabiliter editum, cum vobis fuerit presentatus, diligenter, quantum vobis a deo conceditur, et ferventer in vestre fidei zelo inspiciatis et usque ad plenum intellectum inspici et perlegi faciatis ac deinde tribus diebus dominicis proximis in ecclesiis vestris populo vobis commisso, vos vero exempti in predicatio-

nibus vestris ad populum cum vulgari expositione lucida publicetis et publicari faciatis, exhibentes vos huic sancte nostre commonitionis precepto tam promptos tamque devotos executores, quo preter remunerationem divinam nostra etiam sollicitudo ex debito commendet. datum sabbato ante festum assumptionis beate virginis  
 5 anno domini 1317<sup>1</sup>.

*Aus Mosheim De beghardis et beguinabus commentarius p. 255-261.*

359. *Johann und Hügelin von Fleckenstein, Johann von Haiterbach, Anselm und Johann zu den Eichen, Domherren von Neuweiler, und Heinrich Underbach verbürgen sich für die Sühne und Urfehde, welche Anselm von den Eichen gegen  
 10 die Stadt Straßburg seiner Gefangennahme wegen eingegangen ist. 1318 Januar 5.*

Allen den si kunt, die disen brief gesehent und gehörent lesen, daz wir Johannes von Fleckenstén, Johannes von Heyterbach, Hügelin von Fleckenstein, Anshelm von den Eichen, Johannes zû den Eichen zwene tûmherren zû Nuwilre, und Heinrich Underbach verjehent an diseme gegenwertigen brife und hant ez öch  
 15 gesworn an den heyiligen, were, des wir nût getrûwent, daz Anshelm von den Eychen, den do vingent uff Berwerstein die erbern und die bescheiden burgere von Strazburg<sup>2</sup>, die süne und die úrfehde, die hie nach geschriben stat, die er gesworn het an den heyiligen zû haltende und zû habende vur sich und alle sine frunt mit den vorgeannten bürgern von Strazburg und mit allen iren helfern von der vorge-  
 20 nanten sinre gevangnüsse wegen und von der vorgeannten getete wegen, breche oder dowider tete oder schüfe getan öder sinre frunde keinre dowider tete oder schüfe getan ane geverde, und daz . . meister und rât, die zû den zitten meister und rât sint zû Strâsburg, erkantent, daz von in verbrochen oder wider die vorgeschribene süne getan were öder geschaffet verbrochen oder wider die selbe sune  
 25 getan in keinen weg ane alle geverde, wenne wir denne darumbe gemanet werdent von der vorgeannten burgere wegen von Strazburg mit iren briefen oder mit iren botten zû unsern hûsern zû unsern hofen oder münd gegen munde, so globent wir uns unverscheidenlichen bi dem vorgeschriben eide in den nehesten achte tagen darnach zû Strazburg in die stat zû antwertende nÿmer vur die ringmüre zû  
 30 kummende, untze den vorgeannten burgern von Strazburg und iren helfern aller der schade und unlust wirt ufgerichtet, der in dovon beschehen ist. were öch daz unser einre stürbe, daz got wende, so globent wir unverscheidenliche bi dem vorgeannten eide uns zû antwertende in die vorgeannte stat zû Strazburg in dem nehesten mánate, so wir darumbe gemanet werdent von der vorgeannten bürgere  
 35 wegen von Strazburg, als do vor geschriben stot, nût vur die ringmuren zû kummende, untze wir in gegeben hant ein als gûten und sichern burgen, als der was,

<sup>1</sup> Vergl. Ch. Schmidt *Die Straßburger Beginenhäuser im Mittelalter i. d. Alsatia 1858-61 S. 212 ff.* und den Aufsatz von H. Haupt « *Die Sekte vom freien Geiste und die Begharden* » i. d. *Zeitschr. f. Kirchengesch.* VII, 521 ff.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 316 u. 345.

der do vervarn<sup>a</sup> ist, der swere und sich mit uns verbinde in alle wis, als wir uns verbunden hant, ane alle geverde. ez ist ðch beret, were daz wir oder keinre under uns der vorgeschriben dinge keinz brechent oder dowider tetent oder schüfent gebrochen oder dowider getan in keinen weg, und daz . . . meister und rât, die denne meister und rât sint zû Strazburg, erkantent, daz verbrochen were oder dowider 5 getan were, so erlôbent wir und gunnent den vorgeanten burgern von Strazburg und iren helfern, daz sû unser aller, obe wir alle wider die vorgeschriben ding tetent, oder des, der denne dowider getan het, lip und gût anegriffent mit gerichte unde ane gerichte, wie ez in denne fûget, untze daz in und iren helfern aller der schade ufgerichtet wirt, der in dovon geschehen ist. und sol der angrif<sup>b</sup> nût gan 10 an kein lantfriden noch an kein ander gerichte, ez si geistlich oder weltlich. ich Anshelm von den Eychen, der do gefangen was, der vorgeante verjehe an disem briefe ôffenlichen, daz ich gesworn habe an den heiligen urfachte und eine lûtere stete sûne zû haltende und zû habende vur mich und alle mine frunt mit den vorgeanten burgern von Strazburg und mit allen iren helfern von der vorgeanten 15 minre gevangnisse wegen und von der selben getete wegen, und sol in ðch beholfen sin disen selben crieg uz selbe dritte ane alle geverde. und were, des ich nût getruwe, daz ich oder kein min frunt die vorgeanten burgere von Strazburg und ire helfere von der vorgeanten gevangnisse wegen und getete wegen schadegetent oder schüfen geschadeget in kein weg, und daz meister und rât zû Strazburg, die 20 zû den zitten meister und rât sint zû Strazburg, erkantent, so erlôbe ich den vorgeanten burgern von Strazburg und iren helfern, min lip und min gût an zû griffende mit gerichte und ane gerichte, wie ez in denne fûget, untze daz in und iren helfern aller der schade ufgerichtet wirt, der in dovon geschehen ist. und sol ðch der angrif an keinen lantfriden gan noch an kein ander gerichte, ez si geist- 25 lich oder weltlich, ane alle geverde. und des zû eime urkunde so hant wir Johannes von Fleckenstein, Johannes von Heyterbach<sup>1</sup>, Hugelin von Fleckenstein, Anshelm von den Eychen, Johannes zû den Eichen<sup>2</sup>, zwene tûmherren zû Nuwilre, und Heinrich Underbach<sup>3</sup> die vorgeanten burgen und ðch ich Anshelm von den Eychen, der do gefangen was, der vorgeante unsere ingesigele gehenket an disen brief. 30 der wart gegeben an dem dunrestage nach dem subenden tage nach wihennachten in dem jare, do men zalte von gotz geburte druzehen hundert jar und achzehen jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 7 sig. pend., quorum 4 delapsa. Das Pergament ist lineirt.*

a) *S* vernarn.    b) *S* angrf.

35

<sup>1</sup> *Nach der Siegellegende Johannes de Heiterbach, im Feld drei Fische.*

<sup>2</sup> *Nach der Siegellegende Johannes de Wache[n]hei[m], im Felde ein Stern.*

<sup>3</sup> *Im Schilde drei Leitern.*

360. *Bischof Johann von Straßburg verkauft mit Zustimmung des Domcapitels seine Münze zu Straßburg an die Brüder Heinrich und Burchard von Mülnheim auf zehn Jahre von der nächsten Lichtmeß an um 200 Mark Silber. 1318 Februar 6.*

Wir Johannes von gottes gnaden bischof zû Strasburg dunt kunt allen den,  
 5 die disen brief lesent oder hörent lesen, daz wir mit gunste willen unde gehelle  
 unserre dûmeherren von Strazburg unde dez capitels gemeinliche, durch bete meisters  
 unde rates unde durch des landes nutz hant geben zû kûfende den erbern mannen  
 Heinriche von Mûlenheim unde Burkarte sinem brüdere unsere mûnse unde unser  
 reht, daz wir hant unde haben süllent an der mûnsen zû Strasburg, von der lichte-  
 10 messe, die nu zû nehest kummet, über zehen jar also unde mit solicher gedinge,  
 daz es uns unserre stift noch unsern nachkommen nût schaden sol an unserme  
 rehte, swenne die zehen jar usgont<sup>1</sup>. wir mügent eine nuwe mûnse heissen machen  
 unde smiden alle wegen uber drû jar, ôbe es uns füget. unde ist der selbe kôf  
 beschehen umbe zwey hundert marg silbers luters unde lôtiges des geweges von  
 15 Strazburg, daz uns ôch von den vorgenanten Heinriche unde Burcarte von Mûlen-  
 heim gar unde gantzliche vergolten ist unde in unsern unde unserre styfte nutz gar  
 unde gantzliche bewendet unde bekeret. es ist ôch also beret mit worten unde  
 bedinget, daz Heinrich unde Burcart von Mûlenheim oder ir erben, obe sù nût  
 enwerent, daz got wende, unz oder unser nachkomen süllent entwurten einen  
 20 munsemeister. wen sù wellent, den sûln wir setzen unde bestetigen unde sullen  
 me iungeben dise zehen jar allen den gewalt mit alleme rehte, den wir selber sul-  
 tent han hie zwuschent an dirre mûnse. unde sol ôch der selbe mûnsemeister die  
 lehen, die von der mûnse gant, für uns unde unser nachkamen die selben zehen  
 jar geben unde rihten allen den, die davon sint verlehent, zû den ziten, also men  
 25 sù zû rehte sol verrihten. dete er des nût, so sullen sù Heinrich unde Burcart  
 von Mûlenheim für uns rihten. unde were daz men unz oder unser nachkamen  
 darunbe angriffe unde phendete, daz sullen sù oder ir erben unz abedûn, unde  
 swaz schaden wir der phandunge nemen, ane geverde. ist aber daz ein mûnse-  
 meyster, den sù gent, abegat in denheine wis, so sullen sù uns einen andern  
 30 antwurten unde sullen wir demme den selben gewalt geben, den der erste hette,  
 beide wir unde ôch unser nachkomen. unde swa der munsemeister nût betwingen  
 mag, da geben wir meistere unde rate den gewalt, daz sù imme helfent twingen  
 mit unserme gewalte, also wir selbe soltent dîn, ane alle geverde. wir gebent ôch  
 unserme officiale zû Strazburg gewalt unde gebietent imme mit diseme selben briefe  
 35 zû twingende, also reht ist, alle, die ussewendig unsern vesten unde dôrfen ge-  
 sessen sint, die selbe mûnse zû nemende. unde sullen wir unde unser vogete, die  
 in unsern vesten und dôrfen gesessen sint, darzû ôch twingen dise mûnse zû  
 nemende, also gewônlich ist. unde gelobent in ôch die mûnse zû Altdorf unde  
 unser mûnse zû Kestenholtz durch alle dise zehen jar abe zû tûnde ane alle iren  
 40 schaden unde ane alle geverde. wir ôch daz capitel von Strasburg verjehent, daz

1319  
 Februar 2

<sup>1</sup> Vergl. nr. 257.

unser herre bischof Johannes von Strasburg die munse verköft het, also hie vor geschriben stat an diseme briefe, mit unserre gehelle unde mit unserme güten willen. unde globen wir mit unserme vorgeantten herren demme bischove von Strazburg stete zû habende disen köf für uns unde alle unser nachkommen in alle wise, also hie vor bescheiden ist mit worten an diseme briefe, ane aller hande ge-  
 verde. unde verzihent uns für uns unde alle unser nachkomen alles rehtes unde schirmes beide geischliches unde weltliches gerihtes unde gewonheite, damitte wir wider disen brief unde disen köf beholfen mohtent sin, nu oder harnach in den-  
 heine wis. unde dez zû eime woren urkünde so geben wir daz capitel von Straz-  
 burg disen brief hern Heinriche unde hern Burcarte von Muluheim den vorgeantten  
 besigelt mit unserme unde mit unsers herren bischof Johanneses von Strazburg  
 des vorgesprochen ingesigeln. der wart gegeben an dem mentage nach sante  
 Agathen tage des jares, do men zalte von gottes gebürte drützehen hundert jar  
 unde achtzehen jar.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 43 nr. 5 or. mb. c. 2 sig. pend.*

361. *Bischof Johann nimmt das der Straßburger Kirche übertragene Phynen-  
 hospital zu Straßburg in Schutz und Verwaltung. 1318 Februar 20.*

In dei nomine amen. noverint universi et singuli, quos nosse fuerit oportu-  
 num, quod nos Johannes dei gracia episcopus Argentinensis attendentes, quod  
 pastoralis officii nostri debitum exigit et requirit curam et operam gerere, qualiter  
 pie et devote nobis subjectorum voluntates donationes ordinationes et dispositiones  
 maxime ad opera caritatis exercenda facte secundum donantium ordinationes et dis-  
 positiones effectum debitum et liberum consequantur, igitur donationem voluntatem  
 ordinationem et dispositionem a quondam Johanne dicto in Kalbesgaszen milite  
 Argentinensi et domicella Fina sorore ejusdem de bonis suis communibus et divis  
 pro synodochio seu hospitali noviter instaurato in civitate Argentinensi et elemo-  
 sinis in eodem distribuendis pro Christi pauperum sustentatione et ipsorum necessi-  
 tatibus sublevandis pie et devote factas<sup>1</sup> grato suscepimus assensu, ipsasque dona-  
 tionem voluntatem ordinationem et dispositionem tamquam pias auctoritate nostra  
 ordinaria laudavimus approbavimus et ex certa scientia, legitimis et rationabilibus  
 causis ad hoc nos moventibus, in dei nomine confirmavimus, justitia exigente, sicut  
 hec omnia in instrumento super hoc confecto sigillo nostro magno consignato ple-  
 nius continetur. quibus omnibus sic peractis, eadem domicella Fina in dicto syno-  
 dochio seu hospitali, presentibus . . officiali curie nostre Argentinensis et magistro  
 Cūnrado de Offenburg thesaurario ecclesie sancti Thome Argentinensis et aliis  
 pluribus fide dignis, omne jus omnemque ordinationem et dispositionem sibi com-  
 petentes in modum quemcumque et sub forma quacumque circa ipsum hospitale  
 necnon ipsum hospitale seu synodochium cum omnibus juribus attinenciis et perti-

<sup>1</sup> Vergl. nr. 289 u. 290.

nenciis ipsius quibuscumque ecclesie Argentinensi ob honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie ejus matris, in cujus honore ipsa ecclesia dedicata existit, et ut idem hospitale seu synodochium cum omnibus suis juribus attinenciis et pertinentenciis juxta sui institutionem, de qua in instrumento super hoc confecto sigillo  
 5 dicte curie consignato plenius continetur, per eandem ecclesiam Argentinensem ac per patres et dominos episcopos ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerint, defendi defensari stare et permanere cicius securius et magis potenter valeat, nunc et imposterum cessit ac in ipsam ecclesiam Argentinensem et in nos nomine ipsius ecclesie et pro ipsa transtulit pleno jure ac simpliciter et in totum, nobis hujus-  
 10 modi cessionem et translationem recipientibus nomine ipsius ecclesie et pro ipsa. et quia non solum sacris canonibus, sed etiam publicis legibus cavetur, quod quilibet potest sue donationi cessioni seu translationi imponere legem perpetuo servandam, igitur dicta domicella Fina hujusmodi cessioni et translationi hanc legem perpetuo servandam imposuit et impositam esse voluit, ut nos nostrique successores  
 15 episcopi ipsius ecclesie nostre Argentinensis ipsum hospitale seu synodochium cum omnibus suis juribus attinenciis et pertinentenciis in omnibus et per omnia juxta sui institutionem ordinationem et dispositionem Johannis militis et Fine predictorum, de quibus in instrumento curie predicto clare patet, nichil addendo detrahendo seu minuendo vel in alium usum quantumcumque divinum commutando debeamus  
 20 manutenere perpetuo et effectualiter conservare, nobis hec sub attestatione divini judicii injungendo. quibus sic peractis, dictum hospitale seu synodochium cum personis rebus bonis et omnibus suis juribus attinenciis et pertinentenciis in nostram et dicte nostre ecclesie Argentinensis defensionem protectionem tuitionem et curam suscepimus et suscipimus in hiis scriptis. concedimus etiam et volumus, ut pro  
 25 infirmis in dicto hospitali seu synodochio moraturis sit et esse debeat oratorium perpetuo consecratum, in quo per sacerdotem eidem synodochio seu hospitali deputatum seu deputandum missarum sollempnia peragantur, salvo tamen jure parochiali, quod in eodem oratorio seu synodochio . . thesaurario ecclesie sancti Thome Argentinensis, qui pro tempore fuerit, in cujus parochia situm esse dinoscitur,  
 30 reservamus, hiis dumtaxat exceptis, videlicet quod medietas oblationum in quibuscunque rebus existentium, quas ad manus sacerdotis, qui pro tempore fuerit, in dicto hospitali celebrantis offerri contingeret, thesaurarie dicte parochialis ecclesie sancti Thome et ejus rectori cedere debeat bona fide, et quod sacerdos ejusdem hospitalis pauperibus infirmis ibidem degentibus ministrare habeat et debeat ecclesiastica  
 35 sacramenta, necnon quod dicti pauperes et infirmi ibidem decedentes apud idem oratorium seu synodochium sive in cymiterio ejusdem synodochii ecclesiasticam habeant et habere debeant perpetuo sepulturam, cum in dictis exceptis articulis, videlicet in medietate oblationum et ecclesiasticorum sacramentorum ministratione necnon in sepultura predicta dicte parochiali ecclesie sancti Thome nullum videatur  
 40 prejudicium generari. cymiterium etiam, de quo premittitur, propter causas rationabiles ad hoc nos moventes fieri volumus et concessimus ac concedimus per presentes. supradictis omnibus et singulis dictus thesaurarius suo et dicte sue parochie nomine et pro ipsa plene suum consensum adhibuit et adhibitum esse voluit cum



effectu, promittens bona fide nomine, quo supra, hec rata et firma tenere nec in aliquo contravenire in iudicio vel extra, imposterum vel ad presens. demum dicta Fina nobis nostrisque successoribus observationem omnium premissorum injunxit et injunctam esse voluit pro tanto et in tantum, quod negligentia eorundem de nostris manibus in die districti iudicii requiratur. in quorum omnium evidentiam testimonium et probationem sigillum nostrum una cum sigillis dicte curie et thesaurarii predicti presentibus est appensum. ego etiam thesaurarius predictus in evidentiam premissorum sigillum meum duxi presentibus appendendum. nos vero . . . officialis predictus, quia omnia et singula prescripta in modum predictum acta sunt et fuerunt coram nobis, sigillum dicte curie in evidens robur omnium premissorum appendi fecimus ad presentes. datum anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, 10 kalendas marcii.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 118 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.  
Darnach Regest i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XII, 166.*

362. *Bischof Johann erläßt mit Zustimmung des Domcapitels Bestimmungen über das Messelesen im Straßburger Münster. 1318 Mai 2.*

In nomine domini amen. nos Johannes dei gracia episcopus Argentinensis cupientes, divinum officium in choro ecclesie nostre Argentinensis rite ordinabiliter et sine perturbatione celebrari qualibet, sicut decet, de consilio et consensu fratrum nostrorum . . . decani et capituli ecclesie Argentinensis jam dicte statuimus et ordinamus, quod de cetero nullus cujuscunque altaris<sup>a</sup> ecclesie majoris presbyter prebendarius vel capellanus presumat missam cum nota<sup>b</sup> vel aliud divinum officium celebrare, antequam in choro predicto, in quo divinum officium est sollempniter celebrandum, a quo etiam quoad divinum officium alie civitatis et dyocesis ecclesie<sup>c</sup> regulantur, matutinum officium sit completum, et quod nullus eorundem, postquam prima in choro predicto fuerit inchoata, usque ad finem misse majoris et sexte vel none, que ipsi misse continuantur, presumat missam vel aliud divinum officium celebrare vel inceptum cum nota aliquatenus terminare<sup>d</sup>, volentes, ut contra hoc statutum facientes, postquam ad ipsorum noticiam pervenerit, sententiam excommunicationis incidant<sup>e</sup> ipso facto. preterea quia frequenter inter presbyteros noviter ordinatos, prout ad nos fama referente pervenit, quis<sup>f</sup> eorum prius ad celebrationem prime misse in ecclesia nostra admittatur, lites et, quod verendum est dicere, convicia oriuntur, ex quo populus scandalizatur, cum id ex radice avaricie procedere videatur, statuimus et presenti decreto sub pena excommunicationis jam late sentencie prohibemus, ne de cetero aliquis ad celebrationem prime misse, qui non sit de civitate Argentinensi oriundus vel qui non habuerit domicilium in ipsa vel moram ut incola ibidem traxerit, admittatur et ne admissus sub pena predicta missam primam in ecclesia nostra Argentinensi celebret quoquo<sup>g</sup> modo. verum quia hoc avaricie vicium

a) *Würtwein add.* canonicus vel prebendarius. b) *W. add.* vel sine nota. c) *W. add.* Argentinensis. d) *W.* continuare. e) *W.* incurrant. f) *W.* quidam. g) *W.* quocunque.

in religiosis maxime est succidendum, idcirco huic statuto adicimus, quod de cetero nullus religiosus sub pena predicta, quam admittentem et admissum incurrere volumus ipso facto, ad celebrationem prime misse in ecclesia nostra Argentinensi ullatenus admittatur. ad hec statuimus et sub pena excommunicationis jam late sentencie  
 5 prohibemus, ne in posterum aliquis clericus beneficiatus vel in sacris ordinibus constitutus, cujuscunque dignitatis condicionis vel status existat, eundo per civitatem Argentinensem cinctus incedat desuper more layco cultellum deferens in cinctura in oproprium mansuetudinis clericalis, sed in honesto incedat habitu, sicut decet ordinem clericalem. in hibemus<sup>a</sup> preterea omnibus presbyteris<sup>b</sup> prebendariis et capel-  
 10 lanis ecclesie nostre Argentinensis, licet<sup>c</sup> choro ecclesie nostre non sint<sup>d</sup> astricti, sub pena excommunicationis jam<sup>e</sup> late sentencie, ne de cetero ipsam ecclesiam sine religione ingredi presumant<sup>f</sup>, donec in choro ecclesie nostre divina officia peragantur. datum feria tertia post Quasimodo anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo.

15 *B aus Straßb. B. A. G fasc. 1493 or. mb. c. sig. pend. laeso.*  
*Gedruckt bei Würdtwein Nova subs. dipl. XIII, 299 nr. 79 aus andrer Quelle.*

**363.** *Das Straßburger Domcapitel setzt für die Nachlässigkeiten seiner Mitglieder im Gottesdienst Strafen fest und bestimmt über die Vertheilung der Watschar benannten Einkünfte. 1318 Mai 2.*

20 In nomine domini amen. quia quandoque propter fratrum nostrorum absentiam quandoque propter fratrum<sup>g</sup> presentium desidiam divinum officium in ecclesia nostra Argentinensi negligitur, ex quo non solum fit injuria ecclesie, sed et scandalum oritur plurimorum, idcirco nos Henricus de Lupfen decanus totumque capitulum ecclesie Argentinensis predictae, capitulo ad hoc indicto et diligenti prehabito tractatu, ad  
 25 emendandum predicta et ut divinum officium deinceps secundum antiquam et hactenus observatam consuetudinem in ecclesia nostra continue et sollempniter habeatur, unanimi consensu statuimus et irrevocabiler ordinamus, reverendo in Christo patre domino Johanne episcopo nostro presente consentiente statutum nostrum et ordinationem nostram approbante, quod, quicumque de cetero fratrum ad officium ad prophetam<sup>h</sup> ad epistolam vel ad ewangelium intitulus fuerit et unum ex hiis, ad  
 30 quod intitulus fuerit, aut per se legere vel legi per alium procurare neglexerit, si in civitate vel civitatis suburbiis presens fuerit, pane antique et nove prebende et carnibus necnon denariis piscium et omnibus aliis, que dari presentibus consuetum est, per octo dies proximo sequentes careat tociens, quociens negliens fuerit in premissis, sed si tempore, quo carnes non ministrantur, negliens fuerit in premissis,  
 35 careat denariis piscium et aliis, que loco carnum ministrantur. si vero intitulus ad officium ad prophetam ad epistolam vel ad ewangelium absens fuerit et legi per alium unum ex predictis, ad quod intitulus fuerit, neglexerit, pane antique pre-

40 a) *W. add. etiam.* b) *W. add. canonicis.* c) *W. qui.* d) *W. sunt.* e) *W. om. jam.* f) *B presumat.*  
 g) *M om. fratrum.* h) *M prophciam.*

bende, quem absentes canonici recipiunt, per quatuor ebdomedas proximo subsequentes tocians careat, quociens negliens fuerit in premissis. item statuimus et ordinamus, ut . . archidiaconus chori cantor et . . archisubdiaconus, cum et quandoque per ipsorum negligentiam in summis festis et aliis certis festiuitatibus diuinum officium negligatur, dicta pena secundum eorum presentiam vel absentiam puniantur. 5 statuimus etiam et ordinamus, quod inuolabiliter volumus perpetuo observari, quod hanc penam nullus prelatorum nostrorum remittere valeat vel contra eam aliquialiter dispensare, nisi ex causa episcopus, consensu fratrum omnium accedente. insuper statuimus et ordinamus et irrefragabili constitutione sancimus, ut, quicumque canonicorum et fratrum nostrorum hoc nostrum statutum et ordinationem violare presumpserit non seruando vel non seruante manutendo, omnibus fructibus proventibus et obventionibus prebende sue, in quibuscunque consistant, per annum careat eo ipso. volumus etiam et ordinamus, quod, quicquid nomine pene dictis nostris 10 fratribus, qui, ut scriptum est, negligentes fuerint in premissis, subtractum fuerit<sup>a</sup>, in libros choro necessarios per duos de canonicis vel de vicariis, quos ad hoc deputauerimus, convertatur tamdiu, donec de subtractione dictorum fructuum aliud duxerimus ordinandum. ad hec deliberatione prehabita diligenti ex causis rationabilibus duximus ordinandum et pro statuto perpetuo observandum, quod obventiones dicte watschar<sup>b</sup>, in quibuscunque consistant, in posterum clericis solummodo et non 20 laycis conferantur. si quis uero contra hanc nostram ordinationem venire presumpserit, volumus, ut de dictis obventionibus pecunie et aueue mansurnarii, qui pro tempore fuerint, et alii, qui dictas obventiones distribuunt, eisdem laycis ad solutionem dictarum obventionum nullatenus astringantur, sed ab eisdem laycis sint penitus absoluti, donec dicti redditus seu obventiones, qui watschar<sup>c</sup> dicuntur, iuxta nostrum statutum clericis conferantur. nos Johannes dei gratia episcopus Argentinensis, quia statutis<sup>d</sup> predictis ex causis rationabilibus de consensu nostro editis interfuimus, ipsa approbamus et ob euentem utilitatem et urgentem necessitatem ecclesie nostre et precipue ob augmentum cultus diuini ea auctoritate ordinaria ex certa scientia in dei nomine confirmamus. et in ejus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. datum feria tertia post Quasimodo anno 30 domini millesimo trecentesimo decimo octavo<sup>1</sup>.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. sig. pend.*

*M coll. Melker Codex fol 23<sup>b</sup> cop. mb. coeua.*

a) *M om.* fuerit.    b) *M* watschar.    c) *M* watschar.    d) *B* statutis.

<sup>1</sup> Hier fügt der Schreiber von *M* noch hinzu: hii interfuertur constitutioni facte pro neglectione 35 diuinorum in choro ecclesie Argentinensis: primo dominus Johannes episcopus, Heinricus de Lupfen, decanus, Heinricus de Dicke portarius, Hermannus de Geroltzecke cellerarius, Rüdolfus de Dalmasingen, Hermannus de Tierstein kamerarius, Hermannus de Geroltzecke pincerna, Walramus de Vinstingen, Symundus de Horburg, Walramus de Veldentze, Ludewicus de Tierstein, Conradus de Lierheim, Johannes de Swartzenberg, Berhtoldus de Lüpfen, Bräno de Geroltzecke, Ülricus de Arberg, 40 Rüdolfus de Ohnsenstein, Eberhardus de Lupfen, Ülricus de Rapoltzsteine et Johannes de Geroltzecke. Am gleichen Tage, am 2. Mai, fand Reception von Canonikern statt. Im Melker Codex fol. 34<sup>b</sup> ist von gleichzeitiger Hand vermerkt:

364. *Söhne des Markgrafen Rudolf des älteren von Baden mit der Stadt Straßburg. 1318 Mai 19.*

Allen den si kunt, die disen brief gesehent und gehörent lesen, daz wir marggrave Rüdolf der eltere herre von Baden und wir der meister der rät und die burgere von Strazburg gemeinlichen mit einander versünet verrichtet und verslichtet sint lüterlichen lieplichen und gütlichen umbe die bresten und missehelle, so wir der vorgeante marggrave von unsern wegen und von unserre helfere und dienere wegen und wir die vorgeanten . . der meister der rät und die burgere gemeinlichen von unsern wegen und aller unserre burgere und helfere wegen mit einander hant gehabet untze uffte disen hutigen tag von des schaden wegen, den der von Rytbüre<sup>a</sup> den vorgeanten burgern getan het, von des schaden wegen<sup>b</sup> und des<sup>c</sup> brandes wegen, der den selben burgern geschach zü Willesteten<sup>d</sup>, von des schaden wegen, der vron Margareten von Elsasze<sup>e</sup> geschach an irme huse zü Stopfenberg<sup>f</sup>, und öch

15 a) K Rietbüre. b) K om. wegen. c) K om. des. d) K Willestette. e) K Margreden von Elsaszen. f) K Stöpfenberg.

Anno domini 1318 feria tertia post Philippi et Jacobi domini subscripti recepti fuerunt in canonicos ecclesie nostre per ordinationem.

Hii tres precedere debent ordinationem: Johannes natus domini Waltheri de Geroltzecke junioris, Eberhardus de Kyburg, Cünradus de Fürstenberg.

20 In ordinatione ad nominationem domini episcopi erit primus Johannes de Ohsenstein filius domini Ottonis et Gebehardus de Üsenberg secundus.

Item ad nominationem domini prepositi erit tercius Ludewicus natus quondam domini Johannis de Liechtenberg.

25 I. a. n. d. H[einrici] de Dicke et domini Ülrici de Rapoltstein erit quartus Georius filius domini Waltheri de Tuwigen de Geroltzecke.

I. a. n. d. Hermanni et Johannis de Geroltzecke erit quintus Hermannus filius quondam Heinrici de Rapoltstein.

30 I. a. n. d. Johannis de Ohsenstein et Ludewici de Strazberg erit sextus Thüringus natus domini Thüringi de Ramestein.

I. a. n. d. Rüdolfi de Talmassingen et Waltheri de Schowenburg erit septimus Fridericus de Lierheim.

I. a. n. d. Heinrici de Lupfen decani et Ülrici de Arberg erit octavus Arnoldus filius Eberhardi de Bögelan.

35 I. a. n. d. Hermanni de Thierstein et Berhtoldi de Füzzen erit nonus Otto natus domini Symundi de Thierstein.

I. a. n. d. Hermanni et Brünichonis de Geroltzecke erit decimus Johannes natus domini Burckardi de Geroltzecke an dem Wasichen.

I. a. n. d. Walrami de Veldentz et Johannis de Swartzenberg erit undecimus Johannes de Berberg.

40 I. a. n. d. Ludewici de Thierstein et Eberhardi de Lupfen erit duodecimus Waltherus natus domini Johannis de Arberg.

I. a. n. d. Cünradi de Lierheim et Marquardi de Hageln erit tredecimus Alberhtus natus domini Cünradi de Hürnheim.

I. a. n. d. Cünradi de Kyrckel et Rüdolfi de Ohsenstein erit quartodecimus Fridericus de Stralenberg canonicus Spyrensis.

45 I. a. n. d. Walrami de Vinstingen erit quintodecimus Bruno de Vinstingen.

I. a. n. d. Symundi de Horburg erit sextodecimus Johannes natus Heinrici de Vinstingen.

I. Heinricus sacerdos de Krauburg receptus est per decanum et capitulum ecclesie Argentinensis in canonicum ejusdem et est ultimus in ordinatione precedenti. *Dieser letzte Absatz ist von anderer gleichzeitiger Hand mit blässerer Tinte nachgetragen. Nach Abschrift des H. P. Stauffer.*

Str. II.

von des crieges wegen, den wir hettent mit hern Reinbolte von Stopfenberg<sup>a</sup>, do uns dem vorgeanten marggraven unsere dienere gevangen wurdent von den vorgeanten burgern von Strazburg<sup>1</sup>. und globent ðch wir der vorgeante marggrave vur uns alle unsere helfere und dienere und wir . . der meister und der rât von Strazburg vur uns und alle unsere burgere und helfere die selbe<sup>b</sup> sûne stete zû habende und volle zû fürende gantzlichen und gar, ane alle geverde, noch dowider nût zû lûnde noch schaffen getân mit gerichte oder ane gerichte in keinen weg. wir verzihent uns ðch zû beden siten alles des schaden, den wir einander zû beden siten getan hant und von einander gnomen hant von den vorgeanten vier sachen wegen untze<sup>c</sup> uffe disen hûtigen tag, luterlichen und gantzlichen ane alle geverde. ez ist ðch beret mit rehter gedinge, waz redelicher schulde wir . . der vorgeante marggrave oder unsere dienere helfere oder lute den vorgeanten burgern von Strazburg schuldig sint oder waz redelicher schulde wir der meister der rât und unsere burgere dem vorgeanten marggraven sinen dienern oder sinen lûten ðch schuldig sint, do men briefe uber het oder sûs gûte kuntshaft oder wôrheit, daz uns und den unsern do<sup>d</sup> zû beden siten alle unsere reht sullent darane behalten sin ane aller slachte geverde. und der vorgeschriben dinge zû eime urkunde so hant wir der vorgeante marggrave Rûdolf unser ingesigel und wir der meister und der rât die vorgeanten unserre stete ingesigel gehenket an disen brief. der wart gegeben an dem fritage vor sante Urbans tag in dem jâre, do men von gotz geburte zalte drûzehen hundert jar und achzehen jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 2 sig. pend.*

*K coll. aus Karlsruher G. L. A. Baden Generalia or. mb. c. 2 sig. pend.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 152<sup>a</sup> i. Straßb. St. A. bei Schöpflin Als. dipl. II, 122 nr. 908.*

25

*365. Bischof Emich von Speier leistet der Stadt Straßburg Sicherheit für seinen Burgmann Paulus. 1318 Mai 20.*

Wir Emicho von gotes gnaden bisschof zû Spiren enbieten den erbern und den wisen . . dem meistere und dem râte von Strôzburg unsern grûz in frûntshaft. wissent, daz wir ðch und alle uwere burgere von Strazburg und die burgere von Hagenowe und alle uwere und ire helfere drôstent vur Pauluz unsern burgman von des crieges wegen, den Anshelm von Berwerstein und Merkelin von Croppesberg wider ðch und uwere stat zû Strazburg und die stat von Hagenowe und uwere und ire helfere hant<sup>2</sup>, also daz der selbe Paulus ðch oder uwere burgere von Strazburg und die burgere von Hagenowe und uwere und ire helfere von des vorgeanten crieges wegen nût sol schadigen mit reten oder mit geteten und daz er sinen frunden und helfern noch rât noch weg sol geben, noch keine bette an sie sol legen, dovon

a) K Stôpfenberg. b) K dise. c) K und. d) K om. do.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 366.

<sup>2</sup> Vergl. nr. 372 und 389.

40

ir oder uwere burgere von Strazburg oder die burgere von Hagenowe oder uwere  
 oder ire helfere geschadiget werden mügent in kein weg, ane alle geverde. und des  
 zû eime urkunde so hant wir Emicho der vogenante bisschof unser ingesigel gehenket  
 an disen brief. der wart gegeben, do men zalte von gotes geburte drûzehen  
 5 hundert jar und achzehen jar an deme samestage vor sante Urbans tag.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Das Stück  
 ist rescribirt.*

366. Die Ritter Letschir von Ingersheim, Faulhaber von Meimsheim und  
 Burchard Spete sowie drei genannte Edelknechte schwören der Stadt Straßburg  
 10 Urfehde und Sühne wegen ihrer Gefangennahme auf Staufenberg. 1318 Mai 28.

Allen den si kunt, die disen brief gesehent und gehörent lesen, daz wir Rugger  
 Letschir von Ingersheim, Cänrat Fulhaber von Meinsheim, Burghart Spete rittere,  
 Wernher Vrie<sup>1</sup>, Heinrich von Owensheim und Hug Zunde<sup>2</sup> edele knechte, die die  
 erbern und bescheiden burgere von Strazburg viengent uff Stofenberg<sup>3</sup>, gesworn  
 15 hant an den heiligen vur uns unsere frunt und alle unsere helfere von der vorge-  
 nanten gevangnisse wegen und von der vogenanten getete wegen ürvehete unde  
 eine lutere stete süne zû habende und zû haltende mit den vogenanten burgern zû  
 Strazburg und mit allen iren helfern, und globent bi dem selben eide, die vorge-  
 nanten burgere von Strazburg noch ire helfere nymer an zû griffende noch zû  
 20 schadegende noch geschaffen angegriffen noch geschadiget in keinen weg von der  
 vogenanten gevangnisse wegen und von der vogenanten getete wegen ane alle  
 geverde. wir verzihent uns öch herüber allez rehtes und alles schirmes, ez si geist-  
 lich oder weltlich, domitte wir beholfen mochtent werden oder getün mochtent wider  
 die vorgeschriben ding und disen brief in keinen weg, ane alle geverde. unde des  
 25 zû eime urkunde so hant wir die vogenanten personen unsere ingesigele gehenket  
 an disen brief. der wart gegeben an dem sunnentage nach sante Urbans tag in  
 dem jore, do men zalte von gotz geburte drûzehen hundert jar und achzehen jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 6 sig. pend.*

367. Magister Johannes operarius Argentinensis dictus Nusneit consules scabinos  
 30 magistrōs civium ceterosque cives civitatis Coloniensis, qui ei de salario suo pro-  
 misso ratione servitii illis impensi totaliter satisfecerunt, ab omni impetitione quitos  
 reclamāt et absolutos. Reynkinus dictus de Aquis civis Coloniensis, Johannes dictus  
 Merswin et Petrus dictus Rodenbürg cives Argentinenses ad preces Johannis Nus-  
 neit, qui proprio caret sigillo, sigilla sua apponunt. datum feria 3 post festum  
 35 nativitat̄is beati Johannis baptiste anno domini 1318. Juni 27.

*Aus Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln IV, 51 nach dem Or. in St. A. zu Köln. —  
 Regest i. d. Mitth. a. d. St. A. v. Köln Heft 5, 35.*

<sup>1</sup> Nach der Siegellegende Wernherus dictus Frigo de Sternenvels.

<sup>2</sup> Nach der Siegellegende Hug Zände von Landeke, im gegitterten Felde ein Hirschkopf.

40 <sup>3</sup> Vergl. nr. 364.

368. *Die Stadt Metz verspricht, der Stadt Straßburg und besonders dem Straßburger Ritter Burchard von Mülnheim keinerlei Schaden zu thun. 1318 Juli 7.*

Nos magister scabinus ac tredecim jurati civitatis Metensis totaque communitas civitatis ejusdem notum facimus universis presentes litteras inspecturis seu auditoris, quod ratione captionis sive detentionis concivium nostrorum Metensium ac bonorum eorundem, quam fecit dominus Burcardus de Molnheim miles civis Argentinensis occasione Conradi de Rimeranges de Alba sculteti, nec etiam ratione dampnorum, que inde nostris concivibus antedictis obvenerint, nichil molesti nilque dampni dicto domino Burcardo suisve nec civibus civitatis Argentinensis per nos seu per aliquos de nostris concivibus Metensibus obvenerit in futurum, sed de predictis tenebimus et per nostros concives predictos bonam pacem teneri faciemus in perpetuum. in cujus rei testimonium sigillum civitatis nostre Metensis litteris presentibus duximus apponendum. datum anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, septima die mensis julii.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. mutilato.*

369. *Die Stadt Metz sichert der Stadt Straßburg Waffenruhe bis Mariä Geburt zu. 1318 Juli 7.*

Nos magister scabinus ac tredecim jurati civitatis Metensis totaque communitas civitatis ejusdem notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos concessimus et dedimus et per presentes damus et concedimus ex parte nostra et omnium concivium nostrorum Metensium omnibus civitatis Argentinensis concivibus bonas treugas atque assecurationes legales exnunc usque ad festum natalivatis gloriose virginis Marie proxime venturum duraturas. in cujus rei testimonium sigillum civitatis nostre Metensis litteris presentibus est appensum. datum anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, septima die mensis julii.

September 8

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad 17 or. mb. c. sig. pend. mutilato.*

370. *Das Domcapitel und die Capitel von St. Thomas und St. Peter zu Straßburg, von Haslach, Rheinau und Surburg verbünden sich gegen die Straßburger Dominikaner und Franziskaner, welche die Decretalen Clemens V fälschlich auslegen. 1318 August 5.*

Quoniam, ut sacri canones attestantur, error, cui non resistitur, approbatur et veritas opprimitur, que minime defensatur, eapropter nos decani et capitula majoris, sancti Thome et sancti Petri civitatis Argentinensis, Haselacensis, Rinaugensis et Surburgensis diocesis ecclesiarum, attendentes et apud nos et nostras ecclesias provida deliberatione prehabita revolventes constitutiones quasdam a sancte recordationis Clemente papa quinto in concilio Viennensi editas, nuper autem per sanctissimum in Christo patrem ac dominum nostrum dominum Johannem divina providentia

summum pontificem nobis ac universali ecclesie non minus utiles quam necessarias publicatas<sup>1</sup>, quas fratres predicatorum et minores civitatis et diocesis predictarum nunc privilegiorum quorundam pretextu, que tamen per easdem et alias constitutiones sunt expresso frustrata modo, excogitatis interpretationibus ac fraudibus exquisitis non tam improvide quam temere infringere moliuntur, propter que status vilescit ecclesie, obedientia sedi apostolice debita enervatur, divisio in sancta dei ecclesia, que est una, suboritur dicteque constitutiones sue provisionis effectum minime sortiuntur, cum igitur parum sit jura condere, nisi sint qui eadem tueantur, nos ad obviandum errori predicto et pro veritate hujusmodi defensanda contra  
 10 religiosos eosdem ac alios quoscunque, cujuscunque conditionis aut status existant, salva reverentia domini nostri domini Johannis episcopi Argentinensis, quem in presenti excipimus, unione [contra]<sup>a</sup> constitutiones predictas aut alias pro nostro et ecclesiarum nostrarum statu utiles non servantem aut eas evertere molientes sive statum nostrum tranquillum quovis modo turbantes aut etiam alique in nostrum et  
 15 ecclesiarum nostrarum dampnum vel prejudicium innovantes aut hec circa adherentes nobis aut adherere volentes imposterum perpetrantes, ex causis hujusmodi et ex aliis multis utilibus et necessariis, pro statu nostro et ecclesiarum nostrarum tranquillo et illeso servando, nos invicem univimus concordavimus ac pactis et obligationibus infrascriptis astriximus, univimus concordamus et astringimus per presentes, quod hec  
 20 omnia et singula contra omnes predictos manuteneamus conservemus ac pro nostris viribus tueamur, omnesque expensas labores dampna sive pericula facta vel facienda pro manutenendis conservandis atque tuendis predictis vel occasione ipsorum equo pondere pro modo et facultate cujuslibet nostre ecclesie contribuamus ac etiam subeamus, omnesque ecclesias vel singulares personas, que propter predicta vel occa-  
 25 sione predictorum aliqua dampna injurias vel molestias qualescunque sustulerint, adherentes etiam nobis quoscunque vel in futurum adherere volentes vel super hiis aut emergentibus ex hiis dantes auxilium consilium vel favorem defensemus et indempnes ab hujusmodi dampnis injuriis atque molestiis conservemus, super hiis adimplendis et conservandis omnia bona ecclesiarum nostra mobilia et immobilia  
